



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Divinum De Praesentia Dei

Arias, Francisco

Herbipoli, 1612


[urn:nbn:de:hbz:466:1-50314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50314)




Th. 2904.

J. III

42





EXERCITIVM
DIVINVM DE PRAE-
SENTIA DEI.

AUCTORE
R. P. FRANCISCO ARIAS
SOCIETATIS IESV
Theologo.

EX
IDIOMATE ITALICO IN
Latinum traductum.

HAC VERO EDITIONE, EX
eodem Auctore, vno capite au-
ctius, de quo ipse in praë-
fatione.

lib. Col. Societ. Iesu Paderborn. an. 1613.
ADDITAE SVNT VARIAE LITA-
nia ex libello Bauarico.

Psalm. XV.

*Prouidebam Dominum in conspectu meo semper:
quoniam à dextris est mihi, ne commouear.*

HERBIPOLI,
Apud Conradum Schwindtlauff.

Anno 1612.

Cum Gratia & Priuil. S. C. Maiest.

ERRATA

DE

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

I
...
r
t
g
v
v
n
st
r
r
e
m

PROOEMIUM

3

AVCTORIS
IN EXERCITIUM DE

PRÆSENTIA

DEI.



Uemadmodum Dominus aliquis accuratam omnium facultatum suarum rationem subducturus, primum eas in varias partes, aestimato, conscriptoque singularum pretio, diuidit, deinde verò omnes simul collectas ad unam summam reuocat: Sic nos, cum hætenus aliquot distinctis tractatibus, multa variaque ad progressum in vita spirituali faciendum media atque exercitia copiosè præscripsimus, cogitamus ea omnia hoc

A 2 libello,

libello, ad unum aliquod exercitium velut omnium caput, summam, & compendium contrahere. Hoc autem exercitiū in eo uno vertitur, ut in omnibus studijs, actionibus, & negotijs nostris Deum O. M. quasi oculis mentis presentem, nostraq; omnia etiam cogitata intuentem, & spectantem cernamus, ac toto cordis affectu in eundem feramur. Nam cum in hac vita mortali nobis copia non sit, & potestas clarè, atque facie ad faciē videndi Deum, quod proprium est beatorum cum Christo regnantium, id saltem conniti debemus, ut oculis diuinæ fidei, sanctæq; contemplationis eum quasi presentem, cum reuera, licet inuisibiliter

liter

PROOEMIUM. §

liter praesens sit, aspiciamus, ac
quoties licet, sincero eum amo-
re complectamur. Egimus qui-
dem de hoc sancto Exercitio in
Tractatu de oratione, cum ex. Tract. §
poneremus, quid sit, Praesentem p. 1. c. 3.
sibi sistere Deum, quamq; pre-
stans & efficax hoc sit medium
ad colligendum animum, divi-
narumq; reru Meditationem
cum fructu instituendam: ve-
rum in hoc opusculo paulo ac-
curatius fusiusq; de eodem ar-
gumento agemus, quatenus
valet ad eximium profectum
in omni virtutum genere faci-
endum, donec ad earum fasti-
gium, hoc est, perfectam &
omnibus numeris absolutam
cum Deo unionem peruenia-
tur.

6 FRANC. ARIÆ EXERCIT.
QVAM NOBILE ET SALV-
tare exercitium sit, Deum in actio-
nibus suis præsentem
sistere.

C A P. I.

P E R M V L T A quidem præstan-
tissima iuxta ac vtilissima sup-
petunt media & exercitia ad
perfectas virtutes cōsequendas,
nullum tamen meo iudicio præ-
stantius vtiliusue est hoc iplo de
quo agimus, si quemadmodum
conuenit instruat. Quicquid
enim boni alijs inest, in hoc vno
quadantenus continetur: quic-
quid cæterorum beneficio in vi-
ta spiritali efficitur, huius quoq;
opera obtineri potest. Hoc vnū
seruum Dei & incitat, & excitat,
& inflammat, vt reliqua omnia
media re ipsa exerceat, vt subsi-
dia ad veras solidasque virtutes
com-

com-

comparandas necessaria vel salu-
 taria præsto sint, vt lumen diui-
 num, ad illustrandam mentem,
 & robur ad impellendam volun-
 tatem à præfente diuina maie-
 state affiduè impetretur. Atque
 hac ratione fit, quod diximus, vt
 hoc exercitium sit cæterorum
 omnium quasi summa & anace-
 phalæosis. Si ergo seruus Dei, sui
 profectus spiritalis cupidus re-
 formidet, ne forte obliuiscatur
 tot salutarium mediorum, quæ
 ad parandam vitæ spiritalis per-
 fectionem necessaria esse, vel à
 viris pijs audiuit, vel in libellis si-
 ue meis, siue aliorum lectitauit,
 meminerit saltem huius, & re
 ipsa exerceat; hoc enim studio
 efficiet, vt reliqua omnia, quæ
 obliuione sepulta videbantur, in
 mentem recurrant, cùm opus fu-
 erit. Rursum, si quis desiderio

8 FRANC. ARIÆ EXERCITI
ardens placendi Deo, eiusque di-
uinæ voluntati in omnibus ob-
sequendi, post perlecta in spiri-
tualibus libris tot documenta,
monita, & media ad vitam san-
ctam religiosamque ducendam
congruentia, animo deiciatur,
quasi impossibile sit tam multas,
tamque varias exercitationes v-
surpare, is animo sit forti & ere-
cto: ecce vno antidoto omnem
difficultatem abstersam. Vni
huic exercitationi, qua de lo-
quimur, opitulante diuina gratia
se serio dedat, ac deprehendet
sic cor suum amore cœlesti ac-
cendi, & cum diuina voluntate
conformari, vt omnia illico me-
dia & remedia, tum ad quasuis
virtutes exercendas, tum ad vi-
ria, tentationesque, licet graues,
expugnandas, prout occasio eas
obtulerit, vltro diuinitus sint oc-
cursu-

cursu-

cursura. Deus siquidē ei, qui se
 præsentem cōtuetur, & in quem
 omnem cordis sui fiduciam con-
 iicit, auxiliumque implorat, op-
 portunè suo tempore & loco,
 quid facto opus sit suggerit, lu-
 menque & efficacitatem ad ex-
 ercenda necessaria media sub-
 ministrat: nunquam enim Deus
 cœlestis suæ gratiæ opportuno
 præsidio eos destituit, qui in suæ
 diuinæ maiestatis conspectu &
 præsentia, quemadmodum con-
 uenit, vitam traducunt.

QUANTO PERE IN DIVINIS
 literis, Patrumque, sanctorum scriptis
 commendatum sit hoc exercitium,
 quamque, singulare studium in eo po-
 nere debeat Dei seruus sui
 progressus cupi-
 dus.

EX dictis facile colligere potest Dei seruus, sicut cura, studioque opus est in omnibus exercitijs, medijsque sanctis ad comparandas virtutes idoneis, ita longè maiore, ardentioreque opus esse in hoc medio de præsentia Dei ante oculos mentis ponenda exercitando, eò quod inter cætera obtineat principatum, vt sapienter alicubi annotauit B. Dionysius Rickelius, Inter omnia, inquit, exercitia sancta, hæc præcipua tua cura sit, in eo omnes animi vires extende, vt continenter, id est, sæpè cor tuum ad Deum, rerumque diuinarum contemplationem & amorem subleues. Vis assequi animæ tuæ puritatem? semper habe exaltatum cor tuum ad Deum. Hęc vna causa est, tam paucos peruenire

Contra in-
ord: cordis,
art: 29.
& 30.

nire ad perfectionem, quod consumendo tempus in alijs exercitijs medijsq; minus vtilibus obliuiscuntur principalium. Et addit: Stude animam tuam coniungere cum Deo, eumq; semper habe fixum in memoria, ad illū tua desideria, totumq; affectum cordis attolle, & quamuis centies vna hora mente distraharis, non ideò deijciaris animo, sed semper ad institutum redi. Moueant te ad frequentandum hoc exercitium dicta sanctorum & venerabilium Patrum, qui omnes communi consensu, quasi ab vno edocti Magistro, videlicet Spiritu sancto, nos ad hoc studium exhortantur. Hucusq; Dionysius. Hanc autem doctrinam sancti Patres ex diuinæ scripturæ fontibus hauserunt, in quibus crebrò, magnaq; verborum ma-

12 FRANC. ARIÆ EXERCIT.

iestate hoc exercitium commen-
datur. Atq; vt rectiùs intellige-
remus eius necessitatem, nobili-
tatemq; , altiusq; nostris infige-
retur pectoribus, varijs formis
modisq; loquendi, quibus ta-
men vna eademq; subiecta sit
sententia, ad illud nos S. Scriptu-
ra incitat & inflammat; vt cùm
Dauid ita loquitur. *Querite Do-
minum, & confirmamini: querite fa-
ciem eius semper.* Facies, inquit ibi
August: est eius præsentia. Itaque
semper quærere faciem Domini,
est versari in eius præsentia, cor-
disq; amorem & desideria ad
eum conuertere. Et alibi idem.
Oculi mei semper ad Dominum. Ocu-
li animæ sunt intellectus & me-
moria, qui cogitantes assiduè, &
recolentes Deum, affectum cor-
dis secum pertrahunt. Et hinc
colligit, Deum talem quoq; ex-
pedire

Psal. 104.

August:

Ibidem.

Psal. 24.

•••

pedire à dæmonis laqueis, hoc est, vires subministrare quò minus tentationibus succumbat. nam mox addit: *Et ipse euellat de laqueo pedes meos.* Atque hoc est, quod per sapientem ab omnibus postulat Spiritus sanctus. *In omnibus vijs tuis, inquit, cogita Dominum, & ipse diriget gressus tuos.* In vijs, id est, omnibus actionibus internis, æquè ac externis. *Gressus tuos,* hoc est, omnes affectiones & desideria animi, omniaq; exercitia corporis diriget in beatum suæ gloriæ finem, illustrando te & mouendo, vt in omnibus voluntatem tuam conformes diuinæ. Nam vt illa verba exponit Dionysius supra citatus, hanc tam mirabilem Dei directionem promeretur is, qui in omnibus operibus suis præsentem Deum contemplatur.

A 7

Hoc

14 FRANC. ARTAE EXERC.

Bern: ad
frat de mō-
te Dei.

I. Tim. 4.

Bern. in
apol. ad
Vilhel.
Ansel. in
commen.

Hoc item nobilissimum exer-
citiū, teste S. Bernardo, B. Paulus
commendavit suo discipulo Ti-
motheo dicens. *Exerce te ipsum ad
pietate. Nam corporalis exercitatio ad
modicum utilis est: pietas autem ad
omnia utilis est.* Hanc enim pieta-
tem vult esse continuam Dei
memoriam, & assiduam animæ
directionem ad intelligendam
illius voluntatem, eundemque
amandum & diligendum. Exer-
citationem corporalem, ut multi
Sancti affirmant, Apostolus hic
vocat mortificationes & pœni-
tencias externas, quibus corpus
ad conciliandum vel promeren-
dum Deum affligitur. Quamvis
enim hæ quoque actiones sint
præstantes & salutares, tamen si
conferantur cum exercitio di-
vinæ præsentia ante oculos si-
stendæ, dici potest, fructū earum
esse

esse

esse perexiguum, ac ut certis quibusdam hominibus sint utiles, tamē non omnibus sunt, ac nonnullis etiam aliquando noxiæ. Possunt esse utiles, si ad finem salutarem colliment; at si secus fiat, potius impediunt: ac ideo sæpè consultum eas nunc moderari, nunc omnino non usurpare, uti fusè declarauimus in tractatu sexto de mortificatione. At hoc diuinum exercitiū, cuius hominum generi est utilissimum, tum quia spirituale est & animæ inhaerēs, tum quia in eo vera pietas, hoc est, Dei cultus exercetur, qui præcipuè consistit in actibus internis fidei, spei, & charitatis. Nam quid aliud est, Deum præsentem contemplari, quàm cor nostrum ad illum eleuare, credere in ipsum, sperare, eum concupiscere, amare, ac cum gemitu ad eum suspirare? Hoc,

16 FRANC. ARIÆ EXERC.

Eccl. 18.

Luc. 21.

1. ad Thes. 5.

Hoc, inquam, Exercitium san-
ctum ubique sacræ literæ incul-
cant ijs locis, quibus commen-
dant, ut oremus semper, & sine
intermissione, utq; vigilemus in
orationibus. Cogitationes liqui-
dem & desideria, sunt voces &
verba, quibus anima loquitur; &
idcirco, quoties præsentem De-
um contemplantes, cogitationes
nostras & vota attollimus ad De-
um, verè dici potest nos orare, &
si per sæpè id faciamus, vel sæpissi-
mè, rectissimè dicitur, nos ora-
re semper, & sine intermissione.
Quamvis enim in diuina Scri-
ptura nobis quoq; commendata
sit oratio vocalis, ac Ecclesiæ
quidem ministris insuper man-
data & præcepta; tamen in locis
citatis præcipuè nobis commen-
datur oratio mentalis, quæ tan-
tùm fit corde. Oratio vocalis ha-
bet

bet tempora, horatq; certas ab Ecclesia definitas, quibus habeatur. Mentalis non item, sed omne tempus, & locum complectitur: semper enim & ubique præsentem possumus habere Deum, nostraque desideria & vota in eum referre. Quod enim homo creberrimè, & quasi ordinariè facit, communi loquendi consuetudine dicitur semper facere. Et hoc sensu sancti, hominesq; perfecti illi consilio, vel præcepto de orando sine intermissione satisfecerunt.

NEQVE hæc attentio ad Deum, impedit in seruis Dei externorum operum functiones, imò magnopere promouet, ut diligenter & perfectè fiant, propter ardorem & zelum, quem Deus huiusmodi hominibus in conspectu suo versantibus communi-

muni-

18 FRANC. ARIAE EXERC.

municat: imò pro immensa sua
misericordia nonnullis tam ad-
miranda & eximia suæ gratiæ
dona impertit, vt non modò si-
ne labore & difficultate, verùm
etiam ingenti suauitate & facili-
tate cor suum habeant cum Deo
intimè conjunctum & vnitum.

*Prefixa est
Rusbr. ope-
ribus.*

SVRIVS describens vitam cu-
iusdam religiosissimi viri Rus-
bruchij, commemorat, eum in
omnibus actionibus, exercitijsq;
semper mentem in Deum subla-
tam habuisse. & vtrò peculiarem
hanc à Deo obtinuisse gratiam,
vt quoties vellet, nulla difficul-
tate posset mentem immergere
in suauissimam diuinitatis con-
templationem, Deoq; se arctis-
simè coniungere, siue solus fo-
ret, cubiculo inclusus, siue in
media sociorū turba, quibuscum
cōuersabatur & loquebatur. Be-
atus

atus

atus quoque Rutgerus ex ordine
 D. Francisci, vt est in eorū Chro-^{p. 2. l. 4.}
 nicis, idem beneficium diuinitus ^{c. 52.}
 erat consecutus, vt nempe præ-
 sentem sibi fingeret diuinā ma-
 iestatem, & cum eadem in cordis
 penetralibus familiariter tracta-
 ret, siue in choro cantaret, siue in
 triclinio cibū sumeret, siue cum
 alijs colloqueretur. Vnde & ob-
 seruabatur ab alijs, nunc oculos
 piè conijcere in cælum, nunc su-
 spira amoris plena ad Deum e-
 mittere.

Magno animo & alacri quisq;
 debet se huic sancto exercitio
 dedere, ac deprehendet facilè,
 quàm Dens promptus sit ad si-
 stendum se nobis præsentem,
 quoties collibuerit vt eum spe-
 ctemus, alloquamur, & familia-
 riter cum eo tractemus. Vnde &
 tanta offert præsidia, auxiliaque,
 vt

10 FRANC. ARIÆ EXERC.

vt quod naturæ viribus videtur
arduum, imò impossibile, redda-
tur cuiq; facillimum & suauissi-
mum. Vt aliquis aditum habeat
ad regem terrenum, cumq; eo
colloquatur & tractet, admo-
dum difficile est, nec potest ob-
tineri nisi fauore & gratia mul-
torum; imò multis opus est
multorum annorum labore &
seruitute, antequam ad famili-
arem cum rege consuetudinem
perueniant: at Deus, infinita li-
cet præditus maiestate & gloria,
semper paratus est quacunq; ho-
ra & momento nos in conspe-
ctum suum admittere, vt oculos
mentis in ipsum conijcere possi-
mus, contemplari pulchritudi-
nem & magnitudinem, deside-
rare gloriam, amare bonitatem,
degustare suauitatem, familiari-
ter cum eodem conuersando, &
gra-

gra-

gratiam aliquã postulando. Neque solum paratus est Deus ad hoc, verùm etiam optat, & inuitat maximis gratiæ gloriaq; præmijs propositis, vt ita faciamus: nec solum inuitat paucos, eoiq; sanctitate præstantes, vt fuerunt multi veteres Sancti, qui totos se noctu diuq; diuino cultui dederunt, sed omnes fideles quotquot sincero corde Dei honorem, suamq; salutem quærunt. O quàm piè & sanctè suo officio funguntur, qui tantum bonũ experunt, & studiosè quærunt, qui tam honorificum exercitiũ non negligunt, vt Deum semper præsentem quasi gerant, & eius consuetudine iugiter fruantur. Verendum certè est eis, qui hoc tam diuino beneficio in hac vita vti detrectant, in hora mortis oclusum iri portam velut ingratiss,

23 FRANC. ARIAE EXERC,
gratis, & negligentibus ad cla-
ram præsentis Dei visionem &
contemplationem, quæ solis tūc
patebit iustis & beatis.

*QUEM AD MODUM HAC EX-
ercitatione animus ad internam ora-
tionem comparetur, & DEVS du-
plici ratione nobis coram
proponatur.*

C A P. III.

DE I seruum, cui propositum
sit, puras orationes ritè of-
ferre, oportet non modo pecca-
ta fugere, superuacuas occupati-
ones, affectionesq; & scrupulo-
rum aculeos tollere; verum eti-
am magnoperè laborare, vt cor,
vanis, atq; inutilib. cogitationib.
exclusis, bonis, sanctisq; occupe-
tur. Est sanè cor nostrum eâ vi-
uacitate, vt nunquam non mo-
ueatur,

ueatur, semper agat quippiam,
aut agitet. Porro vbi frena eila-
xatur, mox præceptus fertur in co-
gitationes terrenas, inutiles, im-
probas. Danda itaque etiam atq;
etiam opera est, vt bona potius
semper cogitet, atq; adeò Deum
ipsum, quo vtique nihil melius
est. Atque hoc ipsum est, ani-
mum habere collectum, occu-
patum videlicet bonis cogitati-
onibus, maximè autem memo-
riâ diuini Numinis, id assiduè at-
tendere, tanquam quod sit non
modò coram nobis, sed prorsus,
intra nos. Æquum planè est me-
minisse amici multis modis de te
optimè meriti. *Non obliuiscaris a-
mici tui in animo tuo,* inquit Eccle-
siasticus, cap. 37. v. 6. *& non imme-
mor sis illius in opibus tuis.* Quod si
frequens recordatio amici rectè
præcipitur, à quo beneficij ali-
quid

24 FRANC. ARIÆ EXERC.

quid quandoq; acceperis, æquū
profectò multò magis fuerit,
nunquam DEI obliuisci, cuius
quouis momento beneficentia
gaudemus, dum ipsum esse, vi-
tam, & innumera corpori ani-
mæq; bona quouis diei noctis-
que articulo ab eo percipimus.
Quàm iustum est, quàm decet,
consentaneumq; est omni legi
naturali, diuinæ, & humanæ, vel
semper, vel quàm sapissimè DEI
meminisse, qui semper nos amat,
semper bonis suis cumulat? Au-
di Ambrosium: *Nec solus sufficit*
de Deo intellectus, inquit, nisi fiat in
amore eius voluntas: imò nec hæc duo
sufficiunt, nisi memoria addatur, quâ
semper in mente intelligentis, & dili-
gentis maneat DEVS; vt sicut non po-
test esse momentū, quo homo non utatur,
vel fruatur DEI bonitate, & mi-
sericordiâ, ita nullum debeat esse mo-
men-

Lib. de di-
gnit: hum:
cond: c. 2.

mentum, quo praesentem eum non habeat in memoria. Duplex est autem ratio, qua DEVM semper, ut praesentem intueamur.

Prior est, ut sic certo statuamus, quicquid creata omnia operentur, totum id a DEO, eorum ministerio effici, tanquam instrumentorum, omnemque proinde illi gratiam deberi, ut a cuius manu omnia proficiantur. Sapit cibus, ardentem sitim frigida extinguit, sol illustrat, calfacit ignis, vestis tegit: sic existimes, DEVM impertiri sapor, illum satiare, sitim tollere, illustrare, calfacere, tegere. Minime enim dubium est, etsi id genus effecta ab ipsis creaturis sunt, multo tamen magis censeari debere, esse a DEO, quando hic prima causa est; illae, secundae, & tanquam DEI instrumenta. Si

B

quis

26 FRANC. ARIAE EXERC.

quis primarij viri hospitio utere- vt c
tur, & eius causa, serui domestic one
certatim pro se quisque operam ber
illi darent, & heri sui res disper- bua
tarent: alius veste, cibo alius, ali te, &
ius equis, viatico liberali aliu id t
donaret; si deinde quæreres cu xin
ius beneficio hæc haberet, noi gna
vtiq; hunc, illum ùe seruum no ma
minaret; quin etiam ne mentio pro
nem quidem cuiusquam illorum ling
faceret, sed à Domino illo se ve nū;
stitum, ciboq; ac reliquis dona Dei
tum diceret. Iam verò cùm sati nec
constet, creaturas omnes long faci
aliâ ratione à D E O pendere tur
quàm à Domino suo seruitia; tab.
(neq; enim dominus seruatorum Dei
suorum vitam tuetur, neque ma hoc
nibus eos fert, quod DEVS cre lit,
aturis suis præstat, sine cuius op neff
nec mouere se tãtillum possint den
meritissimò à nobis exigitur

tere. ut omnes creaturarum rerum acti-
 estic ones bonas, & quicquid per eas
 eram beneficij percipimus, Deo attri-
 sper. buamus, profiteamurq; & men-
 s, ali te, & lingua, quicquid habemus,
 aliu id totū ab illo habere. Si te pro-
 es. cu ximus suauiter solatus est, si co-
 , noi gnatus munusculū dedit; ad pri-
 n no mam mox causam cogitatione
 ntio prouola, quæ & voluntatem, &
 orun linguam illorum mouit, & ma-
 e ve nū; & dicit: Deus me solatus est,
 lona Dei donatione hoc munus te-
 lari neo. Atque eundem in modum
 ong facito, quicquid à qualibet crea-
 lère turâ acceperis. Hâc ratione exci-
 titia; tabimur ab ijs, & ad perpetuam
 orun Dei memoriã deducemur. Neq;
 ma. hoc præceptū gratitudinem tol-
 cre. lit, quã ijs debemus, qui nos be-
 s op neficijs psequuntur, quãdo qui-
 sint dem eandem etiam Deus exigit.

Altera est ratio Deum perpe-

B 2 tuò

28 FRANC. ARIÆ EXERC.

tuò præsentem intuendi spiritua-
lis magis, ijs accommodata, qui
in hoc studio exercitiores sunt:
quâ videlicet eum sibi adesse at-
tendunt, non in suis effectis, sed
in sua ipsius substantiâ. Id fit, nō
phantasiæ subijciendo imagines
sensiles, tanquam habeat certam
quantitatem, formam, colorem,
partes varias. Hæc enim corpo-
ribus competunt: DEVS autem
spiritus est purissimus, perfectio-
ne infinitâ præditus, neq; in eo,
quicquam est eorū, quæ in cor-
poratis creaturis aspiciamus. Ani-
mo igitur & memoria intuendus
nobis est, tanquam essentia, bo-
nitas, pulcritudo, maiestas, spi-
ritalis magnitudo infinita. Planè
quemadmodum piscis sursum
deorsum in mari natitans perpe-
tuò aquam aspicit, quâ quoquo
se verterit, circumdatus est; sic

nos

nos oportet, quoad fieri potest. DEVM nunquã non animi oculis intueri, quando ille nos vndique ambit, vbicumque simus: quippe qui vbique adest, extra & intra nos, atque aded interior est & corpori, & animæ nostræ, quàm nos ipsi nobis. Christi crucifixi imaginem, quam in cubiculo asseruamus, corporis oculis constanter aspiciamus, vicissimq; nos ab ea aspici videmus: eundem ad modum animi, oculi frequenter tollendi sunt ad Deum intuendum, nobisq; persuadendum, nec ad momētum, nos extra eius cōspectum esse posse.

Illud tamen hoc loco animaduertendum, DEI recordationem, quæ intelligentiæ nostræ opus est, & piam voluntatis affectionem, coniungi oportere, & indiuiduam velut societatem

B ; con-

30 FRANC. ARIÆ EXERCIT.
constanter retinere. Hoc volo;
Non esse satis, Deum, vt præsen-
tem, intelligentia complecti, &
inspicere; nisi item accedant i-
gnita volūtatī desideria, & affe-
ctiōnes; sic, vt eum toto cordis
desiderio identidem alloqua-
mur, quicquid nos vel torquet,
vel deficit, demissè ei aperiamus,
fidenter proponamus, opem ab
eo, & consilium petamus, & si-
lente licet linguâ, corde, hâc, si-
miliūe ratione alloquamur: O
Domine, quàm friget mihi ani-
mus in amore tui? imperti mihi
tui amorem, eo me profus suc-
cende, eo animam meam reple,
vt te solum diligam, & reliqua
omnia tui grariâ. O Domine, Ô
DEVS meus, quantus animi
mei stupor est, vbi de vnico, &
summo meo bono agnoscendo
agitur? quàm deficiunt vires,
cum

cùm in id opere tendédum? Do-
 ce me, Domine, diuinam tuam
 voluntatem, omnibus in rebus a-
 gnoscere; roborame, vt eam se-
 quar: beneficâ tuâ manu semper
 me tuere, ne labar. O mi Deus,
 & Domine, quando te forti, &
 suauis vinculo perfectæ charitatis
 circumplectar? His alijsue id ge-
 nus verbis pia anima Dominum
 suum alloqui potest, cùm eum
 ignitis desiderijs plena, & ex
 imò corde petitis suspirijs anhe-
 lans, aspexerit. Huic exercitatio-
 ni, si diligenter, seriò, constanter
 inhæserit, tantum inde operæ
 pretium referet (si pijssimo Dio-
 nysio Carthusiano credimus) vt *Lib. 1. de*
 corde in aliud mutato, a mundo *contemp.*
 vehementer abhorreat; ad De- *cap. 25.*
 um autem, & diuina toto feratur
 desiderio. Quæ hætenus dixi-
 mus, ita intelligas, vt magnâ ani-

32 FRANC. ARIÆ EXERCĪ
mi quiete peragantur, neq; cor-
poris vlli motus appareant, aut
vociſ ſigna: ſic prorfus, vt alijs
quoq; præſentibus tibiq; collo-
quentibus, non tamen animad-
uertat quiſpiam, quid intra te
cum DEO tuo tractes. Atque
ita poteſt hæc exercitatio ſemper
& vbiq; ſine interpellatione agi-
tari, tum quoque cùm plateas
perambulas, cùm operis aliquid
facis, cùm ſcribis, legis, ſermones
miſces. Sunt enim hæc mentis,
voluntatiſque opera, quæ ſum-
ma celeritate feruntur: proinde-
que nihil extrinſecus impedi-
menti obijci poteſt, quo minus;
ſingulis horis, imò quartâ horæ
parte, ſæpius animum ſurſum ad
DEVM tollas, & in eo deſigas.

Experientia vſuſque docet San-
ctorum omnium (quibus per-
petuò DEVS coram obuerſaba-
tur,

tur,

tur, sibi exactissima quadam ratione coniunctis) quàm facile id sit, ac suaue, esseque Dei munus eiusmodi, quòd nemini ambiendi non concedat.

Fit autem hâc exercitatione, vt anima intra sese collecta acquiescat, ac vbi orationi se dare vult, cor ad eam aptum, compositumq; offendit, nullis exteriorum rerum imaginibus circumactû; quò quietius, & maiore suo fructu diuina contemplatur. Potest hâc verissima assertio S. Basilij testimonio confirmari, qui rogatus, Quemadmodum anima semper collecta, nunquã inutilibus cogitationibus distraheretur, respondit: *Si Dauidem imitetur, qui ait: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper. Itemq; : Oculi mei semper ad Dominum.* Est hâc ipsa diuina sententia Abbatis

B s

Isaac,

Reg:bre.

int. 106.

Ps. 15.v.8.

Ps. 24.v.15

34 FRANC. ARTAE EXERC.

Coll. 9. c. 3.

Isaac, vbi de hoc argumento tractat, id est, qua ratione quis quàm optimè ad orationem se comparet, dum ait; *Quales orantes volumus inueniri, tales nos ante orationis tempus preparare debemus.* Quo dicto hoc innuit, si quam quietem in oratione optamus; operam dandam, vt eandè omni tempore habeamus. Vult enim seponi omnes superfluas sollicitudines de rebus terrenis, inutiles item fabulas, iocos, risus, vanas, vagasq; cogitationes. Causãã addit: *Quicquid ante orationis horam anima nostra conceperit, necesse est, vt orantibus nobis, per ingestionem recollectionis occurrat. Verborum, vel sensuum ante oculos imago præludens, aut irasci nos secundum præcedentem qualitatem faciet, aut tristari, aut concupiscentias, causasuè præteritas retractare, aut risu fatuo, quod etiam pudet dicere,*

dicere, cuiusquam scurrilis dicti, vel facti titillatione pulsari, aut ad priores faciet volitare discursus. Et idcirco quicquid orantibus nobis nolumus, ut irrepat, ante orationem de abditiis nostri pectoris extrudere festinemus. Hæc omnia sanctus Abbas, dignissima sanè, quæ & memoriâ, & re ipsâ obseruentur.

Neque verò hæc, de qua loquimur, exercitatione, solum rectè orandi facilitatè assequimur. Tanta enim, & tam admirabilis eius vis est, ut per eam, diuinâ aspirante gratiâ, animus noster, in salutari timore & reuerentiâ erga Deum, & magna vitæ puritate confirmetur. Nam quâ tandem fieri potest, ut DEVM non timeat, & reueatur, qui coram ipso Deo se stare considerat? aut quæ peccata, magna sint, siue parua, non omni solici-

36 FRANC. ARIÆ EXERC.

tudine declinet, cum memine-
rit, DEVM intentum adesse,
vt gratuletur, si rectè; plectat, si
perperam agat?

Hinc illud etiam oritur, vt
hoc exercitio DEI seruus solat-
tio, lætitiâ, & gaudio assiduè per-
fruat; dum enim DEVM sibi
adesse videt, simul intelligit
opem, & consilium in quavis
necessitate aut incommodo, in
eo sibi deesse non posse. Imò
quicquid boni optare possit, id
totum abundè in eodem inue-
nit. Rectè itaque S. Dorotheus:
*Nihil, inquit, est quod animam no-
stram adeò roboret & reficiat, atque
assidua DEI memoria.* Idem fate-

SW. 12.

Ps. 75. 7. 4.

tur Psalmographus, vbi

ait: Memor fui DEI,

& delecta-

tus sum.

DE

DE EXIMIIS FRUCTIBVS

*buius diuini exercitij, atq; imprimis
de fructu puritatis
mentis.*

C A P. I V.

QVò vehementius accendamus ad frequentandum hoc sanctum exercitium, patefaciemus deinceps aliquos effectus, quos in anima efficit, ac vt menti firmiter inhæreant, exempla quædam adiungemus. Inter omnes autem virtutes, Dei que dona, quæ à veris Dei seruis in maximo pretio habentur iure principem locum vendicat, puritas cordis, vt quæ pulcherrimam, iucundissimamque diuinæ maiestati præbeat habitationem, Vnde vulgo dicitur. *Qui amat puritatem cordis, habebit amicum Regem; nempe DEVM Regem* PROV: 22.

æternum cœli & terræ. Hanc puritatem & consequi, & conseruare possumus, si oculis mentis DEVM præsentem contem-
 plumur. Si enim secus fiat, & homo Dei obliuiscatur, nec consideret se ab eo videri, illum coram se esse, viuere & operari, proximum est, vt quasi freno solutus labatur in peccatum, & in eo perseueret, secundum illud psalmistæ. *Non est Deus in conspectu eius, inquinata sunt via illius in omni tempore.* Nam vt cogitatio, ita cupiditas inordinata rerum terrenarum est, quæ animam per peccata contaminat, Deumq; ex ea expellit. In hoc autem exercitio, quia homo omnes suas cogitationes conijcit in Deum, cogitationibusque proximè succedunt affectiones piæ in eundem, fit vt anima paulatim ab amore rerum

Psal: 9.

rerum

rerum terrenarū diuellatur, to-
 taque expurgetur & renouetur.
 Id B. Bernardus in se ipso exper-
 tus est, quemadmodum humi-
 liter ad ædificationem aliorum
 ex inspiratione diuina quodam *Ser. 74^o*
 in loco confitetur; dicens. *Quæ in Cant.*
ris, cum ita sint omnino inuestigabi-
les via Dei, vnde adesse norim? Viuum
& efficax est, moxq; vt intus venit, ex-
pergescit dormitantem animam me-
am, mouit, & molliuit, & vulnerauit
cor meum, quoniam durum, lapide-
umq; erat, & malè sanum. Cœpit
quoq; euellere, & destruere, ædificare,
& plantare, rigare arida, tenebrosa
illuminare, clausa referare, frigida in-
flammare, nec non & mittere praua in
directa, & aspera in vias planas, ita vt
benedicat anima mea Domino, & om-
nia, quæ intra me sunt, nomini sancto
eius. Hæc omnia Bernardus,
quibus testatur, quæ mirabilia
 Deus

40 FRANC. ARIÆ EXERCIT.

Deus in anima sua operatus sit,
quando oculis mentis præsen-
tem eum cernebat.

Neque solum in seruis Dei id
efficit diuina præsentia, sed etiã
in magnis peccatoribus, vt eorũ
corda expurgentur à peccato-
rum noxis: quia dum admoniti
nonnihil attollunt caput è lecto
peccati, & cœlesti lumine porro
adiuti considerant se in conspe-
ctu Dei sui, iudicis viuorum &
mortuorum versari, qui præsens
aspiciat, quoties delinquant, in-
genti pudore & horrore peccati
consternati non audent amplius
illud committere, miranturque
suæ superioris vitæ cæcitatem,
quod tam temerè & impuden-
ter, haud secus, ac si nullus Deus
vel iudex esset, in omnia scelera
sint prolapsi.

Prorsus

DE PRAESENT. DEI. 41

PRORSVS id euenit famo- *In Vitis*
sæ meretrici Thaidi, quæ cùm *Patr. Antë.*
S. Paphnutio Abbati ad eam in *p. 2. hist. t.*
locum secretum & abditum in- *15. c. 10. f.*
gresso dixisset; non posse se vide-
ri nisi à solo Deo, vel dæmone:
Abbas verò respondisset. Age
si Deus te videt, qua fronte tu in
conspectu eius te purissimis ocu-
lis intuentis audebis peccare? il-
licò cælestis luminis radius mē-
tem eius collustrauit, tantoque
pudore suffusa est, ac tã capitali
odio superioris vitæ scelera pro-
secuta est, vt in media vrbe Ale-
xandrina flammis absumpserit,
quicquid corporis sui prostitu-
tione lucrata erat, & angustissi-
mæ cellę, asperrima acta pœni-
tentia triennio donec spiritum
Deo redderet, se incluserit.

Idem accidit S. Ephræm cum *Metaph. in*
alia fœmina peccatrice, quã cùm *eius vitæ*
adij-

*Surius in
Febru,*

adiisset, rogassetque, an auderet consueta sua peccata in medio urbis Edessenæ committere: ipsa autem respondisset, non audere, quia pudor nimius prohiberet in conspectu hominū talia patrare scelera, subiecit B. Ephram. Tu scias, etiamsi in loco occultissimo, & ab hominibus remotissimo pecces, te conspici à Deo ubique præsentem. Si itaque te à peccando deterret pudor vel metus hominum, multò æquius deterrere te debet metus Dei, qui eiusmodi scelera æternis multat supplicijs inferni. Quæ admonitio sic perterrita fœminam, ut dolore peccatorū summo tacta in corde intrinsecus in monasterium pœnitentiæ agendæ causa se abdiderit.

Hi sunt eximij præsentis divinæ effectus, quando homo se-
riò

riò eam ob oculos defigit. Quae enim fronte audeat homo rem tam peruersam & sordidam, qualis est peccatum lethale coram Deo, committere, si seriò sibi persuadeat se in conspectu eius, qui infinita bonitate præditus est, & infinitè execratur peccatum tale, consistere? Quae ratione offensæ æternis dignæ cruciatibus obstringere, si consideret altare ei, cuius iustitia est infinita? quem nouit nullum peccatum impunitum, siue in hac, siue in altera vita, relinquere, quem scit esse iustissimum iudicem, & iustè etiam eum, qui vnicum tantum temporis momentum in peccando consumpserit, sempiternis addicere flammis? Hæc considerans B. Augustinus;

Solit. c. 140
Domine, inquit, quando perpendo,
quod gressus meos, semitasq; consideras,

& dic

44 FRANC. ARIÆ EXERC.

& die noctuq³ super custodiam meam
vigilas, omnes semitas meas diligenter
notans, speculator perpetuus, velut si
totius creatura tua cœli & terra ob-
litus tantum me solum considerares,
& nihil sit tibi cura de alijs, DEVS
meus terribilis & fortis, timore pa-
riter, & ingenti rubore confundor,
quoniam nobis magna est indita ne-
cessitas iustè rectèq³ viuendi, qui cun-
ctâ faciamus ante oculos iudicis cun-
ctâ cernentis. Hucusque Augu-
stinus. Vnde intelligimus, quan-
tam vim & efficaciam ad cauenda
peccata posuerit in conside-
ratione diuinæ præsentia.

HAC PRÆSENTIAE DI-
uina contemplatione vinci tentatio-
nes, & virtutem perseveran-
tia obtineri.

CAP. V.

C Ontemplatio diuinæ præ-
sentia facit, vt non solum à
pecca-

peccatis commissis resipiscamus, verum etiam vt in illa, antequam fiant, non labamur: dum enim Deum nobis quasi presentem conspicimus, & cor nostrum in eum attollimus, accenditur in animis nostris quaedam cupiditas omnes spirituales hostes debellandi, nec deest diuinitus fauor & auxilium. Insultarant quondam impij Israëlis senes innoxia Susannæ, comminantes lapidibus obruendam, nisi libidini suæ faciat satis. Videamus, qua via & ratione tantam tentationem expugnarit. Considerabat nimirum se stare in conspectu Dei, Deumque in se oculos defigere; vnde tanto terrore pudoreque peccati correpta est, tantaque vi & robore aduersus peccandi tentationem erigere animum coepit, vt nulla interposita mora

46 FRANC. ARIÆ EXERC.

Dan. 13.

mora decreuerit potius honoris
& vitæ, cum totius familiae suæ
dedecore iacturam facere, quàm
consentire peccato. Sic enim re-
spondit. *Angustia sunt mihi vndiq³:
Si enim hoc egero, mors mihi est: Si
autem non egero, non effugiam manus
vestras. Sed melius est mihi absq³ opere
incidere in manus vestras, quàm pec-
care in conspectu Domini. O sen-
tentiam dignissimam, quæ in
omni tentatione dæmonis, vel
mundi vsurpetur. Potius vitæ
discrimen adiero, quam vt in
conspectu Dei delinquam.*

Miles strenuus, quando in
bellico conflictu animaduertit
Imperatoris, vel Ducis belli ocu-
los in se intentos, longè arden-
tius pugnat, quia scit in eius po-
testate esse, post partam victo-
riam spolia, vel officia militaria
in bene meritos distribuere,
quid

quid ergo non faciat miles Chri-
 sti, dum in quotidiana sua, cum
 dæmone, mundo, & carne di-
 minutione videt in se oculos di-
 uinæ maiestatis coniectos? dum
 æterna meminit sibi decreta præ-
 mia? dum scit in ipso ardore pu-
 gnæ sibi affuturas diuinarum ma-
 nuum suppetias? Veritatem hu-
 ius rei quotidiana confirmat ex-
 perientia. Si enim contingat ser-
 uum aliquem Dei, oblata succē-
 dendi vel indignandi, verbi cau-
 sa, occasione, immemorem esse
 superni numinis, nec ordinariè
 cor suum in Deum eleuare, vi-
 demus eum facilè prolabi in ver-
 ba impatientiæ, vel certè in ani-
 mo peruersas agitare cogitatio-
 nes: si autem cor habeat erectum
 in Deum, omniaque sua pia de-
 sideria in eum referat, obrepenti-
 bus similibus tentationib. faci-
 lè con-

lè con-

48 FRANC. ARIAE EXERC.

lè conquiescit, nec finit animum suum perturbatione aliqua concitari vel succumbere.

Cap. 8.

PALLADIUS in historia sua Lausiaca commemorat se, cùm aliquando adiuncto comite monachum quendam religiosissimum, rerumque diuinarum peritissimum, nomine Dioclem, inuiseret, inter alia hoc documentum ab eo accepisse, hominem piū, quamprimū à contemplatione diuinæ præsentia cessarit, continuò fieri, vel dæmonem, vel bestiam: bestiam quidem si succumbat tentationibus carnis, & illecebrarum carnalium: dæmonem verò, si iracundiæ, arrogantia & similibus. Cumq; Palladius eum percunctaretur, qua ratione posset anima, nulla quiete vel cessatione interposita, defixam mentem habere.

habere in Deo? Respondit; quotiescunque mens nostra occupata sit in consideratione pia & salutari, quæ ad Deum deducat, tum defixam esse in consideratione Dei. Cùm autem sanctus ille, tantopere in rebus pijs exercitatus dixit, hominem simulatq; Dei oblitus fuerit fieri dæmonem vel bestiam, non intellexit id fieri solo lapsu in noxam lethalem, cùm non facilè is contingat seruis Dei, sed etiam lapsu leuiori immoderatae cupiditatis, qua aliquo modo similis vel dæmoni, vel bestia reddatur. Quocirca nullo modo conuenit seruum Dei, vt aliquando negligat præsentem contueri Deum, impendente tentatione, & dum se occasiones offerunt iræ, impatientiæ, superbiæ, vel tristitiæ mundanæ, aliaque indomitæ

C

perur-

50 FRANC. ARIAE EXERC.

perturbationes, diuinæ obliuiscî
præsentia: tunc enim celerrimè,
magnaque cum vigilantia cor e-
leuandum est ad Deum, eiusque
auxilium implorandum. Nam vt
docuit S. Antonius, vnicum an-
tidotum ad vincendas omnes
dæmonis tentationes præsentif-
simum est, continuam Dei, cum
spiritali gaudio, retinere memo-
riam: ea omnes illius laqueos &
dolos illicò dirumpi, & in fumos
euanescere. Quod autem &
ipsum spiritale gaudium nasca-
tur ex contemplatione Dei præ-
sentis, iam iam ostendemus.

EXERCITIO DIVINAE PRAE-
sentiae acquiri stabilitatem cordis, om-
nium virtutum perfectionem, &
exteriores mundi-
tiam,

CAP.

CAP. VI.

INter præstantissima bona, quæ sancta hac exercitatione comparantur, meritò numerari quoque potest, firmitas & stabilitas nostri cordis. Imprimis constat hominem eo fine conditum, ut in hac vita Deo firmissimè coniungeretur per cōtemplationem & amorem, in altera verò cœlesti per claram visionem. Postquam autem per peccatum se à Deo separavit, & ad creaturas conuertit, quietem suam quærere cepit in ipsis, nec tamen vnquam inuenit; quia propter illas conditus non fuit, sed nec earum vlla cupiditatem eius explere potuit. Vnde factum est, ut cogitationes suas & desideria, nunc in hanc, nunc in illam transferens lapsus sit in magnam cordis instabilitatem, quam deplorat Propheta

§2 FRANC. ARTÆ EXERCIT.

Thre. 1.

Jeremias, dicens: Peccatum peccavit Hierusalem, propterea instabilis facta est, errans ab uno loco in alium: ac in anima quidem varijs rerum terrenarum cupiditatibus, in corpore crebris exilijs, & incarcerationibus diuexata. Atq; hinc mox consecuta est cordis diuisio: tot enim eius diuisiones sunt, quot res sunt caducae ad quas cogitationes & studia sua conuertit: & quoniam diuisione res destruuntur & consumuntur, factum est, vt cor tandē extingui debuerit morte culpæ & poenæ æternæ, vt restatur Ozeas Propheta dicens: *Diuisū est cor eorum, nunc interibunt.* In hunc calamitosum statum incidunt præcipuè illi, qui in lethale peccatum sunt prolapsi: hi enim prorsus sunt diuulsi à Dei amore, & in anima mortui sunt morte culpæ, & pœ-

Ose. 10.

nae aeternae impendentis, incidunt quoque suo modo multi serui Dei, qui quoniam plus aequo addicti sunt amoris rerum terrenarum; ita tamen ut ad gravitatem peccati mortalis non perveniant, in precibus aliisque actionibus mente distracti sunt, inquieti, mutabiles, inconstantes, & proximi periculo lethaliter delinquendi.

HÆC mala, damnaque nullo efficaciore antidoto auerti possunt, quam hoc sancto praesentiae divinae exercitio. Cum enim animus noster crebro cogitationes suas, ac desideria attollit in Deum, conuersando cum illo, & quasi familiaritatem ineundo, sensim stabilitur & confirmatur, eo quod abstractus sit à rebus creatis mutationi & instabilitati obnoxius, coniunctus verò

C 3 per-

personæ diuinæ incommutabili
& immortalis. Quando enim na-
uis in mari ventorum, fluctu-
umque hinc inde tam vehemen-
ter iactatur, vt periculum sit, ne
vel in scopulum impingat, vel
submergatur, præsentissimum
remedium est, vt fortissimæ ali-
cui anchoræ alligetur, ne loco
moueri amplius possit. Sic quan-
do mens nostra in huius mundi
Oceano varijs & periculosis co-
gitationum, cupiditatumque pro-
cellis cum discrimine damnati-
onis æternæ exagitur, saluber-
rimum antidotum est, eam ap-
plicare & alligare ad anchoram
diuinæ præsentia, atque ita pau-
latim ad stabilitatem & constan-
tiam cordis tanti à sanctis & iu-
stis æstimatam, Deoque gratif-
simam aspirabit. Quam ob rem
in verum seruum DEI optimè
qua-

qua-

quadrat illud Ecclesiastici : *Homo c. 27.*
sanctus manet in sapientia sua sicut
sol: stultus autem ut luna mutatur.

S. Catharina Senensis, solitu- *Raimūdu*
 dinis & secessus amans, cūm à *in vita.*
 parentibus continuis laboribus
 noctu dieq; occuparetur, à Deo
 docta contra animi distractio-
 nes hoc vſa remedio est, ut cor
 suum loco cubiculi haberet, in
 quo praesentem Deum assidue
 cerneret, & cum eo colloquia
 misceret; sic enim obtinuit firmā
 & stabilem cum illo vnionem,
 ut nullo externo labore vel fati-
 gatione distrahi mente posset.
 Idem consilium postea & verbis,
 & scriptis communicavit alijs
 religiosis fœminis, affirmans in
 cordis cella esse verè regnum
 Dei per gratiam, ibi Christum
 cum suis inspirationibus cœlesti-
 bus fixisse sedem. Felix profe-

56 FRANC. ARIÆ EXERC.

Et ille, qui cum hac sollicitudine vitam traducit, ut tam intus, quam foris presentem sibi Deum contempletur, in eum omnes cogitationes suas, vota & desideria referat: nec enim fieri potest, quin anima illius omnium virtutum, donorumque; celestium copia circumfluat. Quotiescunq; enim seruus Dei hoc modo ad Deum cor suum eleuat & nouo afficitur beneficio, & gratiam ampliolem promeretur, & propius se adiungit Deo, ac proinde & efficacius de eius lumine, bonitate, fortitudine, ceterisque diuinis perfectionibus haurit.

*Dorotheus
in vita.*

IN vita Dosithei narratur, ei inter cætera documenta spiritualia hoc fuisse à magistro suo S. Dorotheo traditum: *Nunquam in corde tuo memoriam Dei depone, cogita illum semper stare coram te, &*
te co-

te coram illo. Ipsum autem deinceps omne studium adhibuisse, ut obseruaret, & ideò nunquam memoriam eius, siue sanum, siue ægrum deposuisse, sæpeq; in intimo cordis orationibus iaculatorijs eius opem implorasse? Nonnunquam enim sic breuiter precabatur: Domine Iesu Christe miserere mei. Alias sic, Fili Dei adiuua me: alias aliter, atque hac sancta exercitatione intra quinquennium, ex adolescente quondam milite flagitioso, in virum perfectum euasit, dignusque tandem habitus est, qui adscriberetur in numerum sanctorum cum Deo in cœlis regnātium.

Iam verò hæc Dei memoria, hic diuinus intuitus, non solùm cōponit & moderatur hominem interiorem soli Deo conspicu-

C 5 um,

§8 FRANC. ARIÆ EXERCIT.
um, verùm etiam exteriorem
hominibus notum. Quemad-
modum enim honorarius ali-
quis Principis famulus nulla alia
re commodius in officio conti-
netur, vt honestè, compositè &
modestè se gerat, quàm si intel-
ligat se à Domino suo videri, ac
sedulò etiam obseruari: sic nullo
alio monito seruus Dei efficacius
in consuetis pietatis functioni-
bus retineri poterit, quàm si me-
minerit se in conspectu Dei ver-
sari. Sicut astra cœlestia à sole
præsente, in quem obuersa sunt,
omnem splendorem mutuâtur,
quo in se fulgeant, & alijs fulgo-
rem subministrent, atq; adeò in
terris suum effectum habeant.
Sic homines iusti & pij, qui instar
stellarum in Ecclesia Dei, collu-
cent, ex continuo DEI, quem
præsentem oculis mentis cer-
nunt,

nunt, conspectu lumine diuino illustratur, omniumq; virtutum verarum solidarumq; splendorem etiam communicant alijs.

Quare meritò dixit sapiens: *Beatus Eccles. 14. vir, qui in Sapientia morabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei.*

QVOD EXERCITIO PRÆSENTIÆ diuinæ, letitia & consolatio spiritualis obtineatur.

CAP. VII.

AD continuandum vitæ spiritualis cursum non exiguum momentum habet, gaudium spirituale, vt alibi fusiùs docuimus: quod ab omnibus Dei seruis maiorem in modum expetitur, & in summo pretio habetur. Hoc verò tam salutare & spirituale bonum in primis sancto diuinæ præsentia exercitio & com-

paratur, & conseruatur. Quem-
admodum enim qui magnū ali-
quod discrimen fortunarum, vi-
tæue adiit, vehementer recrea-
tur, si spectandum se offerat illi
quispiam à quo tãto discrimine
eximi possit; similiter, sicut, qui
audit & cognoscit vocem magni
amici, quem annis multis non
viderit, magna lætitia perfundi-
tur, si eum coram videre queat:
sic anima serui Dei, dum cogitat,
quantis in hoc exilio circumse-
pta sit periculis atque ærumnis,
vbi oculos mentis conuerterit in
Deum immensa bonitate prædi-
tum, animaduertitque eum si-
bi præsentem assistere, paratissi-
mum ad porrigendum auxilium,
vt ex suis ærumnis emergat, mi-
rificè lætatur, & exultat, & ma-
gna consolatione per sanctas di-
uinæ inspirationis voces cor su-
um affici sentit. Rex

REX Iosias, quoniam popu-
 lum Dei multis beneficijs affece-
 rat, & cultum diuinum impen-
 sè promouerat, incundissimam
 nominis sui apud posteros reli-
 quit memoriam. *Memoria Iosae,*
inquit Ecclesiasticus, in compositi- c. 49.
one odoris facta opus pigmentarij. In
omni ore quasi mel indulcabitur eius
memoria, & vt musica in conuiuio vi-
ni. S. Bernardus de se confite- *Serm. 14.*
 tur, cùm primum in religionem *in Cant.*
 esset ingressus, se vel solo con-
 spectu magnorum virorum spi-
 ritualium, vel etiam recordatio-
 ne eorundem, si fortè longius
 abfuissent, vel vita defuncti es-
 sent tantopere exultasse, vt mens
 quidem omni deuotionis suauit-
 ate compleretur, oculi verò à
 lacrymis se continere non pos-
 sent. Si igitur aspectus vel me-
 moria hominis iusti tanto gau-
 dio

62 FRANC. ARIAE EXERC.

dio aliquem perfundit, eò quod videatur sibi videre virtutes, & dona cœlestia, quibus ille fuit à Deo ornatus, quid non faciet spiritalis intuitus, & recordatio Dei, qua anima contemplatur in eo infinitam bonitatem & pulchritudinem, aliasque perfectiones? Quod non gaudium, quàm non consolationem, & intimam deuotionis suauitatem serui DEI anima plenis buccis hauriret?

Commemorat Simeon Metaphrastes, S. Gregorium Episcopum Agrigentinum in Sicilia, dum esset adolescens, profectum Hierosolymam, vt veneraretur loca sancta, ac tempore Quadragessimæ secessisse in quoddam Palestinæ monasterium, ibique vidisse monachos rara in Deum religione præditos, quorum alij

in

in diuinarum rerum commen-
 tatione à terra in altum attolle-
 rentur, alij fontes lacrymarum
 inter precandum effunderent,
 atq; in vitæ puritate, morumque
 honestate viderentur angeli.
 Quibus exemplis iuuenis per-
 motus cœpit pudore ingenti suf-
 fundi, abijcere se & amarè supe-
 rioris vitæ suæ errata deplorare.
 Præfectus monasterio Pater a-
 nimaduertens ex vultu eiusdem
 mœrorem, existimansq; id eue-
 nisse, quod longius à patria, ami-
 cisq; abesset, adiuncto sibi alio
 monacho remotis arbitris sic af-
 fari cœpit dictum Gregorium:
 Fili, ne animum nimio mœrore
 obruas, confide in Deo, breui
 patebit reditus in solum natale.
 Sed respondit adolescens: *Non
 ea causa mei mœroris est, quod longè
 absim à conspectu meorum: Sola
 enim*

enim presentis vbiq̄ue Dei contempla-
tio ad illum remouendum mihi satis
est: dum enim cogito me continuò in
eius versari conspectu, satis solatiij ac-
cipio: id verò vnum me contristat,
quod hactenus non instituerim vitam
homine Christiano & verè pio dignam.
Hoc responso accepto Patres, ab
eo digressi sunt, arbitrati non in-
digere eum sua consolatione,
quandoquidem tali exercitatio-
ni deditus tam perfectus sit, vt
possit etiam solari alios.

2. Mach. 15

IUDAS Machabæus, rei bel-
licæ gloria clarus cum milite suo
prælium initurus, quoniam De-
um præsentem contemplabatur,
tanto cum gaudio & alacritate
in hostem ruebat, vt quamuis
pauci, quàm plurimos opprime-
rent. Vnde S. Scriptura sic loqui-
tur: Iudas, & qui cum eo erant, in-
uocato Deo, per orationes congressi
sunt.

sunt: manu quidem pugnantes, sed Dominum cordibus orantes prostraverunt non minus triginta quinque milia, præsentia Dei magnificè delectati.

Hæc & alia præstantissima sunt huius diuini exercitij emolumenta, hi sunt admirandi fructus, quos in animis producit viua numinis diuini præsentis consideratio. Conetur ergò teruus Dei hoc exercitium vsurpare quouis tempore, & loco. Quoties & noctu euigilabit illicò animæ oculos sustollat ad contemplandam præsentem diuinam maiestatem, versetur cum illa tanquam amantissimo parēte. Idem faciat cùm mane è lecto surrexerit. Quod si per publicas vias incedendum, oculos corporales modestè in terram demissos teneat, spiritales verò animi in Deum erigat. Quoties colloquia

66 FRANC. ARIÆ EXERC?

loquia instituet, vel negotia tractabit cum hominib. vnum considerationis oculum defigat in res de quibus loquitur, alterum verò conijciat in Deum, & eius fauorem imploret. Si in morbum incidat grauem, vt consuetum orationum pensum persolvere nequeat, ne angatur, sed earum loco crebrius cor suum ad Deum eleuet, inuocando illum, & desideria sua illi exponendo, atque hoc vnico labore, sit contentus & quietus: sic enim supplebit omnium meditationum longiorum, aliorumq; operum bonorum, quæ requirunt integras corporis vires, defectum. Sic faciebat sanctus ille Propheeta cùm diceret: *Nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te.* IN

Isa. 26.

IN HOC SANCTO EXERCITIO voluntatis affectum iungendū esse cum consideratione, intellectus.

CAP. VIII.

IN hoc sacro, diuinoque exercitio, non solum intellectus occupandus est in contemplanda diuina præsentia, verum etiã voluntas, vt affectu in eam feratur, eamque quasi complectatur. Et quoniam voluntatis actiones in hoc exercitio principẽ locum tenent, speciatim declarabimus, cuiusmodi actiones sint, & quomodo exerceri debeant. Nam, vt ait S. Bonaventura, sunt quasi *In Epist. 25. memo- ral c. 22. Et in myst. theol. via tertia.* motus, & inflammata cordis desideria, quibus anima anhelat ad perfectam in amore cum DEO vnionem, igniti mentis affectus, viua interioris hominis suspiria, quibus

quibus inuocat, prouocat, commouetque diuinam maiestatem; vt se ad consummatam illam amoris sui coniunctionem admittere velit: sunt denique pia quædam incitamenta, & affectiones voluntatis, quibus anima nostra velut alis spiritualibus euolat, & attollit se sursum, vt Deo appropinquet.

Hæc vehementia desideria, affectusque ardentis cordis vocantur aspirationes, quibus anima è terra se attollit in cælum, hoc est, aspirat in Deum: nam, vt idem Bonauentura loquitur, quemadmodum respirando nulla interueniente deliberatione trahimus anhelitum ex intimis corporis visceribus: sic celerimè, & nulla quasi deliberatione antegressa aspirando ad Deum, trahimus inflammata quædam
desi-

desideria ex intimis cordis penetralibus, vt Deo intimè coniungamur.

Has aspirationes, vel affectus inflammatos cordis homo imprimis declarat breuibus orationibus, quas vocamus iaculatorias: sunt enim quasi tela vel sagittæ ignitæ ex imo pectore profectæ, deinde & succinctis quibusdam colloquijs, quas anima cum Deo quasi præsente instituit. Dicantur autem colloquia, quia sicut anima alloquitur DEVM per dicta desideria, sic Deus vicissim loquitur cum ipsa anima, radijs quibusdam diuinis illam collustrando, inspirationes sanctas ei communicando, vt magis magisque affectus voluntatis incenduntur. Neque verò homo debet interna illa suspiria, inflammataque desideria vi aliqua intrin-

70 FRANC. ARIÆ EXERCĪ
intrinsecus vel extrinsecus adhi-
bita concitare, sed potius à diui-
na gratia moderato aliquo stu-
dio adhibito, expectare: Quam-
uis enim homo cooperādo cum
Deo facere debeat, quod in se
est, tamen præcipuè pendere de-
bet ab ope diuina, pieque & hu-
militer orando impetrare, quod
ex parte sua desiderari posset.

Etenim, vt alibi docuimus, in
seruitio diuino tres sunt viæ, vel
tria Exercitiorum genera. Vna
est, pertinens ad incipientes, di-
cta Purgatiua Altera, ad profici-
entes, dicta Illuminatiua. Tertia
Vnitiua, pertinens ad perfectos.
Haud secus sunt quædam aspi-
rationes, quæ valent ad purgan-
dam à vitijs affectionibusq; ter-
renis animam, & sunt viæ purga-
tiuæ. Aliæ valent ad consequen-
das virtutes, & sunt viæ illumi-
nati-

nati-

natiuæ. Aliæ ad impetrandam
perfectam vnionem animæ cum
Deo, & sunt viæ perfectiuæ. Qua
de causa hoc loco commemora-
bimus tria aspirationum, & ia-
culatoriarum orationum gene-
ra, ex S. Augustini, aliorumque
Sanctorum libris excerpta, vt
vnusquisque conuenienter suæ
dispositioni ad manum habeat
orationes, quibus in hoc sancto
exercitio diuinę præsentie queat
ad Deum aspirare. Neq; idcirco
volo, vt his tantum vtatur, pote-
rit enim vti quibuslibet alijs si-
milibus: sed id tantum moneo,
præstantiores efficacioresq; eas
esse, quas quisque à Deo motus
ex corde suo exprimit, etiamsi
non sint compositæ, sicut hæc.
Nec item volo vsurpari omnes;
liberum enim cuiq; est vsurpare
quas velit. Et quamuis non sit
nisi

72 FRANC. ARIAE EXERC.

nisi vna pro qualibet via; tamen, si crebrius magno affectu iteretur, sufficiet ad capiendum huius sancti exercitij fructum. Facile autem poterunt è memoria recitari, si sapius perlegantur & repetantur.

DE ASPIRATIONIBVS,
orationibusq; iaculatorijs attinentibus ad viam Purgatiuam.

C A P. IX.

ASPIRATIONES conuenientes viæ purgatiuæ sunt hæ: Domine Iesu Christe, Deus meus & Saluator meus, qui ad saluandos peccatores in mundum venisti, ignosce mihi, & salua me. O Deus meus, quid agam? quid dicam? peccaui coram te, & contra te benignissime
me

me creator, & dulcissime redemptor, miserere mei Domine. Agnosco Domine scelera mea, ea tibi confiteor, condona illa. Destitutus sum, Domine, omni pietate, vilissimus & infirmissimus peccator sum, nihil sum, nihil ex me valeo, adiuua me Domine, & miserere mei. Utinam, Domine, nunquam te offendissem. Utinam nunquam ad iram prouocassem. Utinam, Deus, semper voluntati tuae obediuissem, & sanctis tuis inspirationibus satisfecissem. Remoue à me, Domine, quicquid tibi displicet in me, & mihi nocet. Propono Domine, me, adiuuante tua gratia, te non amplius offensurum, occasionesque delinquendi vitaturum. O pijssime Iesu, miserere mei miseri & abominandi peccatoris. Indignus sum à terra
D **susten-**

sustentari, & me suscipe per tuam misericordiam ac sanctissime vitæ, passionisque tuæ merita, nec non ob benedictæ Matris tuæ Sanctorumque omnium intercessionem. Omnia scelera, & negligentias vitæ meæ, quæ sunt innumerabiles, & grauissimæ conijcio in tui immensi amoris flammam, & infinitam misericordiam tuam abyssum, in sacratissima tua vulnera, ut in ijs consumantur, mihi que pœnitentiam iniungo. Laua me, Domine, tuo preciosissimo sanguine; quia vna gutta illius sufficit ad saluandum totum mundum. Sana me ab omnibus plagis meis, quia tu es fons salutis. Sanctifica me auctor sanctitatis. Deus meus, largire mihi sanctum iudiciorum tuorum timorem. Concede mihi, bone IESV, dolorem & odium

gratiæ

grande de peccatis meis. Da mihi odium mei ipsius. Da, dulcissime mi Saluator, robur ad mortificandas meas passiones. Da mihi, vt rectum iudicium de me feram. Da, vt seuerè à me exigam pœnas, ad satisfaciendum iustitiæ tuæ. Da mihi, Saluator, vt quamcumque pœnam, tribulationem, contemptum libenter recipiam in satisfactionem pro meis delictis. Da, vt potius eligam mori, quàm peccare. Da, vt non modo timeam, fugiamque peccata grauia, sed etiam leuia. Da mihi firmissimum propositum non amplius peccandi. Da mihi gratiam perseuerandi, pœnitentiam tota vita mea agendi.



76 FRANC. ARIÆ EXERC.
DE ASPIRATIONIBVS
pertinentibus ad viam illuminatiuam,
pro ijs, qui in cultu diuino
proficiunt.

C A P. X.

ASPIRATIONES quæ ad
hanc secundam viam perti-
nent, & seruire queunt profici-
entibus, sunt hæ: Adoro te,
Deus & Saluator meus, Iesu
Christe, pro omnibus beneficijs
tuis. Te laudo, benedico, glori-
fico pro omnibus tuis misericor-
dijs. Gratias tibi ago, quod me
elegeris ab æterno, quod è ni-
hilo creaueris, quod hucusque
me conseruaris. Quod cum
esses verus Dei viui filius me a-
masti, pro mea salute homo fa-
ctus, & passus. Gratias ago,
quod captiuum redemeris, quod
per-

perditum vocaueris, & saluaue-
ris, quod fidei lumine, tuorum-
que Sacramentorum thesauro
ditaueris. Gratias refero pro
omnibus sanctissimæ vitæ tuæ,
passionisque mysterijs. (Pos-
sunt autem hæ gratiæ ambulan-
do cantari, & quidem particu-
larim pro singulis mysterijs in
sancto Rosario comprehensis.)
Gratias ago pro particularibus
omnibus beneficijs mihi præsti-
tis. Et hæc quoque ambulando
potes expendere, distinctè de
singulis gratias agendo, & di-
cendo: Jesu nostra redemptio,
amor & desiderium, &c. Ado-
ro crucem tuam sanctissimam,
eamque toto cordis mei deside-
rio amplector, & quanto valeo
honore prosequor. Saluete be-
nedicta vulnera, quæ tu pro me
recepisti, quibusque me tuo cordi

D 3 im-

78 FRANC. ARIÆ EXERC.

impressisti. Saluto cor tuum vulneratum, & pro me patefactum. Absconde me, Domine, in tuis vulneribus, vt in illis saluare me queam, & ab omni malo liberare. In tuo corde reconde me, & in illo contra omnes inimicos me tuere. Scribe in anima mea, Domine, omnes tuas pœnas & dolores, vt totis visceribus tibi condoleam. Imprime plagas tuas pectori meo, vt totus sim tuo amore fauciatus. Detege Domine omnes virtutes, quæ in tua sacratissima vita passioneque refulcent, vt in illis omnibus te imiter, & in omnibus perfectè me tibi conformem. O dulcissime Iesu, vt possim te imitari, da mihi profundam humilitatem, & perfectam obedientiam. Concede mihi viscera misericordiæ. Pone Domine linguæ meæ frænum,

num,

num, omnibusq; sensibus meis. Porridge Domine lumen intellectui, puritatem cordi, spiritum meum corrobora, pacifica, tranquilla, & omnia animæ meæ interiora exhilara. Exaudi me Domine, & postulatis meis annue; nec enim cupio mihi concedi, quæ congruunt propensione meæ, sed quæ salutem meam, & gloriam tuam rectius promoveant.

Verùm quia Orationis Domini- *Bonau. in*
nicæ petitiones spectant quoque *myst. theol.*
ad viam illuminatiuam, summam
earum hoc etiam loco ex San-
ctorum libris describemus. O
Pater. Pater, qui diuina tua gratia gignis
filios spirituales, me quoque fac
verum filium tuum. Da mihi
gratiam, vt in omnibus tibi ob-
sequar, & te tanquã filius since-
ro amore complectar. O pater,

D 4 qui

80 FRANC. ARIÆ EXERCIT.

qui omnibus tuam bonitatem
communicas, & in omnes cle-
mentia tuæ dona summa libe-
ralitate effundis, sicut omnes
nos è nihilo condidisti, ita om-
nes digneris adoptare in filios
gratiæ. Da mihi, vt omnes amem
velut fratres, eosdemque vera
caritate & misericordia comple-
ctar. O Pater, *qui es in cœlis*, licet
enim vbique sis, tamen peculi-
ariter in corporibus cœlestibus
tuam potentiam, sapientiam, &
bonitatem manifestas: in cœlis
verò spiritualibus, hoc est, in
Sanctis omnibus alio modo ma-
gis speciali habitas. O si anima
mea, tuæ gratiæ beneficio nite-
ret, fulgeretque instar cœli, &
virtutibus ornata esset quasi stel-
lis: tunc enim sedem oculis tuis
gratissimã in ea reperires. O Pa-
ter sanctissime, vtinam nomen
tuum,

*Qui es in
cœlis.*

*Sanctifice-
tur nomen
tuum.*

tuum,

tuum, potentia, maiestas, boni-
 tas, sapientia vera fide ab omni-
 bus nationibus agnosceretur, &
 religione, cultuque sancto cole-
 retur, & glorificaretur, perfecta-
 que caritate adamaretur. Vtinam,
 inquam, qui supra omnia es, ha-
 berere ab omnibus sanctus, &
 secundum infinitam bonitatem
 tuam diligereris ab omnibus.
 Nullam siquidem perfectionem,
 æquè ac bonitatem, in mysterio
 redemptionis, quod maximè
 ad te amandum nos obligat, pa-
 trefecisti.

O Pater clementissime, non *Adueniat*
 regnet amplius in nobis amor *regnum*
 mundi, non dominetur caro, *tuum*,
 non imperet dæmon, sed tu so-
 lus regna in animabus nostris, tu
 solus sis lumen nostri intelle-
 ctus, & dux voluntatis, nihil sit

D 5 in no-

82 FRANC. ARIAE EXERC.
in nobis, quod à te non moue-
atur, & dirigatur.

*Fiat vo-
lunt. tua.*

O dulcissime Pater, vtinam
in omnibus possem tuam san-
ctissimam voluntatem perficere.
O vtinam omnes indigenæ hu-
ius terræ, conformarent se in-
colis cœli.

*Panem
quotidia-
num da.*

O Pater clementissime, præ-
be animæ nostræ spirituales ci-
bum, id est, tuum sanctum amo-
rem. Huius cibi mirabilis est
substantia; hoc quotidie opus
habemus; hoc corroborantur a-
nimæ nostræ, pascunturque do-
nec veniamus ad æterna taber-
nacula. Sed nec necessaria nobis
desint pro toleranda vita corpo-
rali, vt tantò ardentius tibi per
amorem adhæreamus.

*Et dimitte
nobis.*

O Pater misericordiarum, di-
mitte nobis peccata nostra, ob
quæ rei facti sumus pœnæ æter-
næ.

na.

næ. Quandoquidem scimus te velle ea dimittere, & nos inuitare, vt petamus eorum condonationem. Condone igitur Domine nobis non solum peccata graua, sed etiam leuia, quibus te quotidie offendimus, testimoniumque huius condonationis nobis trade, quod soles tradere tuis filijs, diuinum scilicet amorem.

Domine, postulas à nobis, vt diligamus inimicos nostros, sicut tu eos diligis, & omnem iniuriam nobis illatam remittamus, vt nobis etiam nostra delicta remittantur. Id præstant, Domine, viua tuæ Ecclesiæ membra, & fac, vt omnes ita faciamus, vt omnes tecum in gratiam redeant.

O potentissime Pater, præbe mihi contra omnes animæ meæ inimicos, omnesque tentationes

*Sicut &
nos dimit:*

*Et ne nos
inducas.*

victoriam, vt per amorem semper tibi adhæream.

Sed libera.

O benignissime Pater, libera me ab omni malo pœnæ animæ meæ noxiō, ac ab omni re, quæ in hac vita impedire potest perfectam mei cum tua diuina bonitate vnionem, in altera verò claram faciei tuæ visionem, & contemplationem. Tanta caritate me locupleta, vt immunis esse queam, non solum à cruciatibus æternis inferni, verùm etiam temporalibus Purgatorij, non quod reformidem ob tui amorem aliquid pati, sed vt anima mea, ab omni noxa purior, sit quoque tuis oculis carior, & quando ex hoc corporis ergastulo euolabit, nulla interposita mora perfruatur conspectu possessioneque infiniti boni, quod tantopere desiderauit.

DE

DE PRÆSENT. DEI. 85
DE ASPIRATIONIBVS
*pertinentibus ad viam vni-
tiam.*

CAP. XI.

ASPIRATIONES & orati-
ones iaculatoriæ ordinatæ
ad vnionem perfectam animæ
cum Deo, quæ exercentur in hac
via vnitiua, hæ sunt. Dulcis Iesu,
Deus meus amor infinitus, imple
totum cor meum tuo diuino, &
fortissimo amore. Inflamma
animam tui amoris igne, qui
nunquam extinguatur, vt totus
amore ardeam. Occupa omnes
animæ meæ facultates, tua dul-
cedine, tuique amoris efficacia,
donec nulla res eam moueat, ni-
si amor. O Deus meus, amatum
principium, & creator meus; ô
purissima, æternaque essentia, ac
D 7 fons

86 FRANC. ARIÆ EXERC.

fons infinitus omnis esse. O bonū
 infinitè amabile, ô fons infi-
 nitus omnis boni, ô infinitæ sua-
 uitatis abyssus. O pelagus im-
 mensum gaudiorum ineffabili-
 um. O Deus meus, in te omnia
 inueniuntur, quib. ego indigeo,
 & quicquid desiderare queo,
 quia alia omnia à te manant &
 proueniunt. Te solum specto, te
 vnum quero; quia alia omnia
 per te optari & quæri debent.
 Aperi mihi, quia ego te voco; at-
 trahe me, quia te desidero. Fac
 vt per amorem vnum tecum ef-
 ficiar. O Deus cordis mei, quan-
 do ego te inueniam, qualem de-
 sidero? quando perfectè me tibi
 coniungam? quando per gratiam
 & amorem supernaturalem me
 in te transformabo? O Deus me-
 us, vita & gloria mea, quando
 moriar omnib⁹ mundi rebus, vt
 per-

per-

perfectè viam in te? Quando renuntiabo omnibus rebus, vt resignatus sim omnino voluntati tuæ? Deus meus, rex meus, exigis à me, vt toto corde te amem, da mihi quæso gratiam, vt perfectè quicquid imperaris, compleam.

O Bone Iesu, ô spes mea, ô refugium meum, ô cordis mei amor, ô sponse floride, & animæ meæ dulcedo, ô vita mea, ô requies mea, ô gaudium & consolatio mea. Prepara Deus animam meam, munda, & ab omnibus vitijs eam expurga, passionēque omnes in ea mortifica. Adorna eam omnibus tuis virtutibus, amore tuo vulnera, dignam eam fac habitatione tua, vt in ea delicijs illis frui possis, quas desideras habere cum filijs hominum.

O altissima & beatissima Trinitas,

tas, Pater, Filius & Spiritus sanctus, tres personæ, & vnus solus DEVS verus, doce me, adiuua me, vt te diligam; rege me, vt omnia tui amore faciam. O Pater æternæ, per tuam immensam potentiam, adimple sanctis considerationibus meam memoriam, vt semper sit in te firma & fixa. O Fili Dei viui, per tuam æternam sapientiam, meum intellectum tuo diuino lumine illustra, ac perfectam tuæ veritatis meæque vtilitatis notitiam subministra. O Spiritus consolator, amor Patris & Filij, per tuam inexhaustam bonitatem incende totam animam meam perpetuo tuæ caritatis ardore, vt semper & in omnibus rebus quæram tuam gloriã, & tuæ sanctissimæ voluntati me conformem. O clementissime Iesu, Deus meus, caritas
infi-

DE PRAESSENT. DEI. 89

in-
lus
ua
, vt
Pa-
am
on-
ori-
a &
am
in-
e il-
atis
ub-
tor,
in-
nde
etuo
er &
iam
un-
en-
ritas
infi-

in-
finita, qui vis nos diligere pro-
ximum sicut nos ipsos, largire
gratiam, vt omnes plenè ex tuo
amore diligam. Adiuua Ecclesi-
am tuam, & fac eam in omni vir-
tute & sanctitate efflorescere.
Miserere omnium, quos tuo
sanguine redemisti. Purifica, il-
lumina, & perfice animas omni-
um seruorum tuorum. Conuer-
te miseros peccatores. Reuoca
ad vnionem cum tua Ecclesia, &
gratia, omnes hæreticos, & schis-
maticos. Doce omnes ignoran-
tes veritatem. Trahe ad fidei lu-
cem infideles omnes. Succurre
afflictis in omnibus suis necessi-
tatibus. Conforta omnes mœ-
stos, omnibus Purgatorij anima-
bus remitte pœnam, & gloriam
tribue sempiternam. Pro me &
omnibus illis tuum pretiosissi-
mum sanguinem offero, & quic-
quid

90 FRANC. ARIÆ EXERC.

quid fecisti, vel perpeſſus, in hoc mundo, pro ſalute noſtra fuiſti. Offero & B. Virginis, tuæ glorioſiſſimæ matris, omniumque electorum tuorum merita, Amen.

QVIBVS MEDIIS POSSIT
*comparari hoc donum, Deum
preſentem in actionibus
habendi.*

CAP. XII.

HACTENVS expoſuimus admirandos huius diuini exercitij fructus; docuimusque quemadmodum practicè uſurpandum ſit: nunc ſuper eſt, ut declaremus, quibus medijs hoc donum acquiri poſſit. E quibus primum ſit, ut illud poſtulemus à Deo; quia donum diuinum eſt, descendens à Patre laminum, à quo

quo omne bonum & donum
perfectum proficiscitur. Sicut
enim à Christo Deo & Saluato-
re nostro, omnia alia subsidia ad
salutem opportuna & necessaria
expetimus, sic & hoc donum hu-
militer nobis concedi per suam
infinitam misericordiam, passio-
nisque suæ merita flagitemus,
quo semper eius recordemur,
semper cor nostrum in ipsū ere-
ctum habeamus, semper deniq;
quoad diuinitatem præsentem
contemplemur, inuocemus, de-
sideremus & diligamus. Hoc do-
num si obtinuerimus, cum eo
facilè omnia reliqua, pro adiu-
mento & profectu nostro spiri-
tualis consequemur. Nec dubium
illud concessum iri, si magna
cum fiducia, viuoque desiderio
ad illud aspiremus. Neque vllus,
cuiuscunque status vel conditio-
nis

92 FRANC. ARIÆ EXERC.

nis sit, potest iure se excusare, quod hoc beneficium à Deo postulare non possit; quia ut propter occupationes & negotia aliquis eo non perueniat, ut semper Deum sibi præsentem sistat, tamen poterit aliquoties in die amorem suum in DEVM atollere.

Aliud medium ad habendum Deum præsentem esse potest, si signis nonnullis utamur, quorum conspectu, tactuue Dei recurrat memoria; ut si dictum aliquod muris eius loci, in quo ordinariè versamur, inscriptum sit, cuiusmodi esse possunt: Noli peccare, quia Deus videt. Vel illud Sapientis. *In omni loco, oculi Domini contemplantur bonos & malos.* Vel illud Dauidis Regis. *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper.* Vel, *In omnibus viis tuis cogita Deum*

Prou. 15.

Psal. 15.

Prou. 3.

DE PRÆSENT. DEI. 93

Deum. Vel illud Tobia ad filium.
Omnibus diebus vita tua in mente ha-
beto Deum Possumus & signi loco
filum alligare brachio, vel digito.
Nam & annulos in ijs gerimus,
ne temporalium quorundam
negotiorum memoria excidat.
Sonum quoque campanæ signi
vice accipere ipsi possumus, sta-
tuereque illum nobis fore loco
cœlestis vocis, vt recordemur
Dei. In veteri lege præcepit De-
us filijs Israël, vt in vestium
fimbrijs vittas gestarent hyacin-
thinas, quibus conspectis recor-
darentur mandatorum Domi-
ni, sancti essent coram Deo, pla-
cebit ergò maxime Deo si, quis
simili signo memoriam excitet
præsentia diuinæ, sic enim faci-
lius Deum inuocabimus, & amo-
re eius inflammabimur ad per-
fectam præceptorum suorum
observationem. Le-

Tob. 4.

Num. 15.
Deu. 22.

94 FRANC. ARIÆ EXERCIT.

Legimus S. Edmundum Can-
tuariensem Archiepiscopum ,
cùm adolescens operam litteris
daret, hoc sanctum exercitium
vsurpasse, hoc est, mentem ele-
uasse in Deum, eamque ob rem
in cubiculo suo effigiem quan-
dam D. Virginis, cum mysterijs
Christi circum illam depictis, af-
fixisse, vt ea inspecta ad Deum,
Deique matrem facilius recur-
reret. Atque hoc medium inter
optima, quibus in hoc sancto ex-
ercitio vti possemus, censetur, vt
si consuetudo confirmet hoc ex-
ercitium, adiuuante diuina gra-
tia, efficacissimum sit ad ha-
bendam semper præ-
oculis diuinam
maiestatem.

DE

DE ALIIS MEDIIS VT DE
examine Particulari, & sollicitu-
dine, & amore cordis.

CAP. XIII.

A Liud medium, valde vtile
 ad retinendam præsentia
 diuinæ memoriam, est Examen
 particulare, vt scilicet cùm circa
 meridiem, aut vesperi rationem
 exposcimus à nobis conscientia,
 id quoque excutiamus, an præ-
 sentem toto die Deum in actio-
 nibus nostris habuerimus, & si
 factum sit, sedulò gratias agamus
 Deo, quia singulare Dei donum
 est; ac proponamus nos idem
 accuratiùs obseruaturos diebus
 insequentibus. Si verò secus ac-
 ciderit, doleamus, & emendati-
 ne propolita, pœna aliqua cul-
 pam expremus. Hæc enim pœna

96 FRANC. ARIAE EXERC.

& memoriam illi in posterum
renouabit dicti exercitij, & vale-
bit ad impetrandam Dei bene-
uolentiam, vt negligentia corri-
gatur, & maior progressus in hac
virtute fiat. Sollicitudo inest ali-
cui, exempli causa, ingens ædifi-
candi domum; hæc ipsa excitat
eius memoriam quocumque va-
dat, vt illius non obliuiscatur;
hæc facit illum somniare de illa,
imò somnum tollit, tollit &
cibum. Idem facit cura augen-
darum opum, educandorum li-
berorum, sanitatis conseruan-
dæ, quando toto pectore eam
suscipit. Haud secus, si quis ex
animo sollicitus sit de obtinen-
da illa collectione animi, vt De-
um sibi statuatur præsentem, tan-
quam admodum opportuna &
efficaci ad salutem, & profectum
spiritualem; multò plus, quàm
exter-

ex
tic
qu
ci
m
Su
m
cti
qu
en
di
vri
on
De
cu
Ha
si a
an
ma
ac
cia
est
fit

externis signis, vel examine particulari, iuuari poteris ad consequendum hoc spirituale beneficium, vt nunquam facile è memoria præsentiam illã deponat. Supra omnia autem media & remedia, quæ præcipue ad hoc sanctum exercitium adiumento esse queunt, est verus Dei amor. Hic enim, vbi in serui Dei corde radices egerit continenter illum vrgebit & excitabit, vt cogitationes suas, piaque desideria in Deum præsentem conijciat, & cum illo assidue conuersetur. Hæc siquidem amoris natura est, si ardens sit, vt magno pondere animam transportet in rem amatam, quo vniatur cum illa, ac vnum quiddam cum ea efficiatur. Et quoniam anima suis est instructa facultatibus, hinc fit, vt semper quoque rei amatæ

E

re-

recordetur, semper de ea cogitet, semper eam expetat & complectatur. Qua de causa dixit

Matt. 6. Christus. *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.*

S. Bonau. in Myst. Theol. Hinc sequitur; totam huius Exercitij difficultatem & laborem esse in principijs, donec anima peruenerit ad magnum Dei amorem; simul atq; enim amor possederit cor, facile & suauè est meminisse Dei, cogitationesque omnes & affectus in eum attollere. Atque reuera in primis initijs, quibus homo seriò incipit seruire Deo, solet Deus tantam promptitudinem, & gustum spirituales in hoc exercitio subministrare, vt etiam nouus tyromiretur, cur non omnes homines continenter cogitent de Deo, & amore in illum ferantur, ac non excurrant in vias publicas,

cas,

eas, moneantq; ignaros, vt recor-
 dentur Dei; quando quidem tam
 facilè illa diuinæ præsentia su-
 uitas degustari possit. In hac con-
 iunctione periculū quidem esse
 videtur, ne tyro ille bonus præ-
 sumat de se, ac in virtute longè
 profectum, suisque laboribus
 & meritis hoc beneficio orna-
 tum se reputet; cū non sit: nisi
 particularis quædam Dei dis-
 pensatio, & suauissimum diuinæ
 prouidentia artificium. Vt enim
 tyroni DEVS adimat rerum
 terrenarum amorem, & diffi-
 cultates omnes fortiùs vincat,
 quæ solent occurrere in diuini
 seruitij primordijs, hanc facilita-
 tem, & dulcedinem præsentia
 diuinæ solet illi communicare.
 Nam postea, cū animaduerte-
 rit eum mundi amorem exuisse,
 ac fortiorem robustioremque

100 FRANC. ARIÆ EXERC.

in diuino seruitio factum, subtrahit illam promptitudinem & suauitatem, quæ in diuinæ præsentia consideratione erat, ut adiuuante diuina virtute deinceps conetur etiam cum suo labore & difficultate comparare gratiam, quam initio nullo ferè labore erat consecutus.

Atq; hoc tempore admodum conueniens est seruum Dei non terreri, aut ab hoc exercitio desistere, sed magno animo suscipere in se labores, quos Deus ab ipso postulat. Nec dubium est, si persistat, eum beneficium hoc possessurum cum maiore perfectione & constantia, quod in principio nullo labore cōsecutus fuerat. Nam dum cum sudore perseuerat, & difficultate, radices agit humilitatis, & accessionem facit in amore Dei. Vnde fit, ut

ex-

excellentiore quodam modo di-
 uinae praesentiae donum merea-
 tur, maioriq; securitate & fir-
 mitudine possideat, quoniam
 didicit submittere se sibiq; diffi-
 dere; idemq; maiori facilitate,
 & voluptate exercet propter
 gratiae copiam, & amoris in De-
 um magnitudinem, quo cor su-
 um obfirmavit, & perfectius
 Deo coniunxit.

O felices & millicies beati illi,
 qui constanter perseverant, donec
 hoc dono locupletentur. O quan-
 tum virtutum meritorumq; the-
 saurum tales inuenere in hoc ex-
 ilio. O in qualem deliciarum
 spiritualium thesaurum incide-
 runt in hac lacrymarum valle?
 Diuina scriptura asserit vniuer-
 sam terram optasse intueri vul-
 tum sapientis Regis Salomonis, 3. Reg. 10.
 multosq; e remotissimis a Ieru-

falem prouintijs aduenisse cum multo labore & difficultate, vt viderent eum, audirentque eius sapientiam. Quam cū percipisset Regina Saba, non dubitauit in hæc verba exclamare. *Beati viri tui, & serui tui hi, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam.* Quantò equiùs, & rectiùs faciunt fideles omnes, qui anhelant ad cernendum vultum Dei, etiamsi nonnullo labore opus sit. Multò enim beatiore serui erunt, qui hoc donum consecuti fuerint, quàm illi Salomonis, utpote qui sermones coram cum diuina maiestate conferant, qui in intellectu suo diuinæ sapientiæ radios, in voluntate verò amoris cœlestis flammam percipiant.

Vocabat Christus beatos pauperes spiritu, mites, lugentes, esuri-

Matt. 5.

esuri-

esurientes & sitientes iustitiam,
 misericordes, mundos corde,
 pacificos, patienter ferentes per-
 secutiones, atqui has omnes be-
 atitudines solo diuinæ præsentia
 exercitio consequimur. Hoc fi-
 deles fiunt humiles, & sui con-
 temptores, omniumque rerum
 temporalium; hoc exercet man-
 fuetudinem contra iniurias; hoc
 in se excitant odium in peccata,
 & amorem rerum cœlestium; hoc
 excitantur lacrymæ laudabiles
 contritionis & deuotionis. Hoc
 procreat perpetuum & viuum
 desiderium fruendi Dei, diuino-
 rumque bonorum; hoc promo-
 uet ad exhibendam omnibus mi-
 sericordiam. Hoc expurgantur
 corda ab omnibus vitijs & passi-
 onibus. Hoc pax magna & tran-
 quillitas mentis obtinetur & v-
 nio cum proximis impetratur.

104 FRANC. ARIÆ EXERC.

Hoc omnes efficiuntur fortes,
constantisque pro toleranda
cum patientia qualicunque per-
secutione. Hoc denique in hac
vita consequuntur gratiam & a-
morem perfectum, in altera ve-
rò gloriam, & fœlicitatem infi-
nitam, Amen.



Exer-

Exercitij de Præsentia DEI Synopsis. 105.

EXERCITIUM PRÆSENTIAE DEI.

Est } Nobile & salutare, quia compendiū aliorū. c. 1
 Facile, quia } [semper paratus]
 Deus. } [vltro inuitat] cap. 2.

Parit eximi- } [Facilem orat. & meditationē .c. 3]
 os fructus, } [Puritatem mentis. c. 4.]
 videlicet, } [Victoriam tentationum] c. 5.
 } [Perseuerantiam]
 } [Stabilitatem cordis]
 } [Virtutum perfectionem] c. 6.
 } [Exteriorem munditiam]
 } [Letitiam]
 } [Cōsolationem] } Spiritualem. c. 7.

Obtinetur } [Petendo à Deo]
 } [Signis quæ se. } [oculos]
 } [riant. } [aures] c. 11.
 } [tactum]
 } [Examine particulari]
 } [Seria solitudine] c. 13.
 } [Vero DEI Amore]
 } [Fortitudine & Constantia]

Exercetur } [Iuncta cū intelle. } [Suspiria]
 } [ctu voluntate } [Affectus] c. 8.
 } [per } [Desideria]
 } [Iaculatorijs ora. } [Purgātib. c. 9.]
 } [tionibus. } [Illuminātib. c. 10.]
 } [Vnientib. c. 11.]

Cap.

CAPITA HVIVS LIBEL-
li iuxta ordinem, quo singu-
la explicantur.

Cap. I. Quàm nobile & salutare exer-
citiū sit, Deum in actionibus suis
omnibus presentem sistere.

Cap. II. Quantopere idem in diuinis
litteris, Patrumq̄, Sanctorum scri-
ptis commendatum sit, quamq̄ sin-
gulari studio vsitandum.

Cap. III. Quemadmodum hac exer-
citatione animus ad orationem
comparetur, & Deus duplici rati-
one nobis coram proponatur.

Cap. IV. De eximiis huius diuini ex-
ercitij fructibus, atq̄ inprimis de
fructu puritatis mentis.

Cap. V. Hac diuinae presentiae contem-
platione vinci tentationes, & per-
seuerantia virtutem obtineri.

Cap. VI. Eadem acquiri stabilitatem
cordis, virtutum omnium perfectio-
nem

nem, & exteriorem munditiam.

Cap. VII. Quod letitia & consolatio
spiritualis eiusdem usu obtineatur.

Cap. VIII. In hoc sancto exercitio, vo-
luntatis affectum iungendum esse
cum intellectus consideratione.

Cap. IX. De aspirationibus, orationi-
busq; iaculatoriis attinentibus ad
viam purgatiuam.

Cap. X. De aspirationibus via illumina-
tiae accomodatis, pro iis, qui in
cultu diuino proficiunt.

Cap. XI. De aspirationibus pertinenti-
bus ad viam vnitiuam.

Cap. XII. Quibus mediis possit compa-
rari hoc donum, Deum presentem
habendi in suis vbiq; actionibus.

Cap. XIII. De examine particulari,
solicitudine, & amore cordis, opti-
mis etiam ad consequendum idem
donum mediis.

LITANIAE

Ad SS. Triuitatem.

K Yrie eleison.
 Christe eleison.
 Kyrie eleison.

O Beata Trinitas, audi nos.

O Adoranda vnitas, exaudi nos.

Pater de cœlis Deus,

Fili redemptor mundi De⁹,

Spiritus sancte Deus,

Sancta Trinitas vnus Deus,

Vera & vna Trinitas,

Vna & summa Deitas,

Sancta & indiuisa vnitas,

Vnitas in substantia, &

Trinitas in personis,

Vna & par potentia,

Vna & coæterna Maieestas,

Vna & æqualis gloria,

Vna & diuina Trinitas,

Pater Creator,

Miserere nobis.

Fili

Fili Reparator,
 Spiritus sancte paraclete,
 Deus vnus in substantia,
 & trinus in personis,
 Pater Ingenite,
 Fili Vnigenite,
 Spiritus sancte ex vtroque
 procedens,
 Vna sancta creatrix & gu-
 bernatrix omnium Tri-
 nitas,
 Immensa æterni Patris po-
 tentia, (tia,
 Inscrutabilis Filij Dei sapi-
 Efficacissima spiritus sancti
 bonitas,
 Vna & simplex Diuinitas,
 Sanctus, Sanctus, Sanctus
 Dominus Deus Sabaoth,
 Sanctus Deus, sanctus fortis,
 sanctus & immortalis,
 In quo viuimus, mouemur
 & sumus,

Miserere nobis.

Ex

E

os.

Miserere nobis.

Fili

110 LITANIÆ AD

Ex quo, in quo, & per quem
sunt omnia,

Rex seculorum, immorta-
lis, & inuisibilis,

Deus Abraham, Deus Isaac,
& Deus Iacob,

Qui eras, qui es, & qui ven-
turus es,

Pater, Verbum, & Spiritus
sanctus, vnus Deus,

Propitius esto, Parce nobis san-
ctissima Trinitas.

Propitius esto, Exaudi nos
SS. Trinitas.

Ab omni malo,

Ab omni peccato,

Ab omni superbia & perti-
nacia,

Ab omni auaritia & cupidi-
tate,

A gula & amore mundi,

Ab omni inuidia & odio,

Ab ira & omni mala volun-
tate,

Miserere nobis.

Libera nos SS. Trinitas.

Ab

SS. TRINITATEM. III

Ab omni luxuria & immunditia,

Ab omni acedia & pusillanimitate,

A maledictione perpetua,

Per fortitudinem omnipotentia tuae,

Per maiestatem gloriae tuae,

Per multitudinem miserationum tuarum,

Per abundantiam bonitatis tuae,

Per magnitudinem charitatis tuae,

Per abyssum iudiciorum tuorum,

Per altitudinem sapientiae & scientiae tuae,

Per diuitias beatitudinis tuae,

In die iudicij,

Peccatores,

Libera nos SS. Trinitas!

Tero

Miserere nobis.

Libera nos SS. Trinitas.

Ab

112 LITANIAE AD

Te rogamus audi nos.
Ut te dominum Deum no-
strum adoremus, & tibi
soli seruiamus,
Ut nomen sanctum tuum in
vanum non assumamus,
Ut Ecclesiae dies festos ob-
seruemus, & sanctifice-
mus,
Ut parentes, & superiores
nostros obediendo, &
subueniendo honore-
mus,
Ut neque facto, neque con-
silio vllum occidamus,
vel laedamus,
Ut nec mente, nec corpo-
re turpia vnquam com-
mittamus,
Ut furtum non faciamus,
nec quenquam contra
iustitiam grauemus,
Ut contra proximum fal-
sum

Te rogamus audi nos.

SS. TRINITATEM. 113

sum testimonium, vel
mendacium nunquam
loquamur,

Vt proximi bona nunquam
concupiscamus, aut inui-
deamus,

Vt ex toto corde, ex tota
anima, & ex tota fortitu-
dine te diligamus,

Vt proximum propter te,
sicut nos ipsos sincerè
diligamus,

Vt ad conspectum gloriæ
tuæ nos perducere di-
gneris,

Deus Genitor, Deus Geni-
te, & Deus ex utroque
procedens,

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Redde nobis Patrem
propitium.

Agnus Dei, qui tollis peccata
mun-

Te rogamus audi nos.

Te rogamus audi nos.

114 LITANIAE AD

mundi, Propitius esto nobis
peccatoribus:

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Dona nobis Spiritum
sanctum.

O Beata Trinitas, audi nos.

O Adoranda vnitas, exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

Et ne nos inducas, &c.

Sed libera nos a malo.

Vers. Benedictus es Domine De-
us patrum nostrorum,

Resp. Et laudabilis, & gloriosus in
secula.

Vers. Benedictus es Domine in
firmamento caeli,

Resp. Et laudabilis, & gloriosus, &
superexaltatus in secula.

Vers. Benedicant te omnes An-
geli & Sancti tui,

Resp.

SS. TRINITATEM. 117

Resp. Et laudent te, & glorificent
in secula.

Vers. Benedicant te cœli, terra,
mare, & omnia quæ in eis
sunt,

Resp. Et laudent te, & glorificent
in secula.

Vers. Benedicamus Patrem, & Fi-
lium cum sancto Spiritu:

Resp. Laudemus, & superexalte-
mus eum in secula.

Vers. Domine exaudi orationem
meam;

Res. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Omnipotens sempiterne De-
us, qui dedisti famulis tuis,
in confessione veræ fidei, æternæ
Trinitatis gloriam agnoscere, &
in potentia maiestatis adorare v-
nitatem, quæsumus, vt eiusdem
fidei firmitate, ab omnibus sem-
per muniamur aduersis.

Deus

116 LITANIÆ AD

DEVS innocentia restitutor
& amator, dirige ad te tuo-
rum corda seruatorum, vt spiritus
tui seruore concepto, & in fide
inueniamur stabiles, & in opere
efficaces.

OMnipotens sempiterne De-
us, da nobis fidei, spei, &
charitatis augmentum, & vt me-
reamur assequi quod promittis,
fac nos amare quod præcipis.

LArgire quæsumus Domine,
fidelibus tuis Indulgentiam
placatus & pacem, vt pariter ab
omnibus mundentur offensis, &
secura tibi mente deseruiant.

OMnipotens sempiterne De-
us, infirmitatem nostram
propitius respice, atque ad pro-
tegendum & saluandum nos,
dexte-

SS. TRINITATEM. 117

dexteram tuę maiestatis clemen-
ter extende. Per Dominum no-
strum Iesum Christum filium
tuum, qui tecum viuit & regnat
in vnitate Spiritus sancti Deus,
per omnia secula seculorum,
Amen.

Vers. Domine exaudi orationem
meam,

Resp. Et clamor meus ad te ve-
niat.

Vers. Benedicamus Domino,

Resp. Deo gratias.

Vers. Et fidelium animæ per mi-
sericordiam DEI requie-
scant in pace,

Resp. Amen.



Lita-

NOMINE IESV. 119

E Iesu pulchrior luna,
Iesu splendidior stellis,
Iesu admirabilis,
Iesu delectabilis,
Iesu honorabilis,
Iesu humillime,
Iesu pauperrime,
Iesu mitissime,
Iesu patientissime,
Iesu obedientissime,
Iesu castissime,
Iesu amator castitatis,
Iesu amator pacis,
Iesu amor noster,
Iesu speculum vitæ,
Iesu exemplar virtutum,
Iesu decus morum,
Iesu zelator animarum,
Iesu refugium nostrum,
Iesu pater pauperum,
Iesu consolatio afflictorum,
Iesu thesaurus fidelium,
Iesu gemma pretiosa,

Miserere nobis.

Iesu

Miserere nobis.

Iesu

120 LITANIÆ DE

Iesu armarium perfectio-
nis,

Iesu bone pastor ouium,

Iesu stella maris,

Iesu lux vera,

Iesu sapientia æterna,

Iesu bonitas infinita,

Iesu gaudium Angelorum,

Iesu Rex Patriarcharum,

Iesu inspirator Prophetarum,

Iesu magister Apostolorum,

Iesu doctor Euāgelistarum,

Iesu fortitudo martyrum,

Iesu lumen confessorum,

Iesu sponse virginum,

Iesu corona sanctorum
omnium,

Propitius esto, Parce nobis Iesu.

Propitius esto, Exaudi nos Iesu.

Ab omni malo, Libera nos Iesu.

Ab omni periculo, Libera nos
Iesu.

Miserere nobis.

Ab

Ab

Ab

A p

A

r

Ab

r

Per

Per

Per

Per

Per

Per

Per

Per

Per

Per

Per

r

Per

r

Ag

r

Ab ira tua,
 Ab insidijs diaboli,
 A peste, fame, & bello,
 A transgressione mandatorum
 tuorum,
 Ab incurfu omnium malorum,

Per incarnationem tuam,
 Per aduentum tuum,
 Per natiuitatem tuam,
 Per dolores tuos,
 Per flagella tua,
 Per mortem tuam,
 Per resurrectionem tuam,
 Per ascensionem tuam,
 Per gaudia tua,
 Per gloriam tuam,
 Per dulcissimam Virginem
 matrem tuam,

Per intercessionem omnium
 sanctorum,

Agnus Dei, qui tollis peccata
 mundi, Parce nobis Iesu.

F Agnus

Liberanos Iesu.

Miserere nobis.

Iesu.

Iesu.

Iesu.

Iesu.

Ab

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Exaudi nos Iesu.

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Misere nobis.

Iesu Christe audi nos.

Iesu Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison!

Kyrie eleison.

Pater noster. Et ne nos.

Ÿ. Benedic anima mea Dño.

℞. Et omnia quæ intra me sunt
nomini sancto eius.

Ÿ. Sit nomen Domini benedi-
ctum,

℞. Ex hoc nunc & vsque in secu-
lum.

Ÿ. Adiutorium nostrum in no-
mine Domini,

℞. Qui fecit cælum & terram.

Ÿ. Domine exaudi orationem
meam:

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Oremus.

OMnipotens sempiterne De-
us, dirige actus nostros in
beneplacito tuo, vt in nomine
dilecti filij tui mereamur bonis
operibus abundare.

SAncti nominis tui, Domine,
timorem pariter & amorem
fac nos habere perpetuum: quia
nunquam tua gubernatione de-
stituis, quos in soliditate tuæ di-
lectionis instituis.

DEVS virtutum, cuius est
totum quod est optimum,
insere pectoribus nostris amo-
rem tui nominis, & præsta in no-
bis religionis augmentum: vt
quæ sunt bona nutrias, ac pie-
tatis studio, quæ sunt, nutrita
custodias.

F 2

Eccle-

Ecclesiam tuam Domine miseratio continuata mundet ac muniat, & quia sine te non potest salua consistere, tuo semper munere gubernetur.

DEVS, qui gloriosissimum nomen Iesu Christi filij tui Domini nostri fecisti fidelibus tuis summo suauitatis affectu amabile, & malignis spiritibus tremendum atque terribile, concede propitius; vt omnes, qui hoc nomen Iesu deuotè venerantur in terris, sanctæ consolationis dulcedinem in præsentem percipiant, & in futuro gaudium exultationis & interminabilis beatitudinis obtineant in cœlis. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti

sancti Deus, per omnia secula
seculorum, Amen.

Vers. Domine exaudi orationem
meam,

Resp. Et clamor meus ad te ve-
niat.

Vers. Benedicamus Domino,

Resp. Deo gratias.

Vers. Et fidelium animæ per mi-
sericordiam DEI requie-
scant in pace,

Resp. Amen.

LITANIÆ
DE B. VIRGINE IN
æde Lauretana dici
solitæ.

K Yrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audinos.

F 3

Christe

126 LITANIÆ AD

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus , Miserere
nobis.

Fili redemptor mundi Deus ,
Miserere nobis.

Spiritus sancte Deus , Miserere
nobis.

Sancta Trinitas vnus Deus ,
Miserere nobis.

Sancta Maria,

Sancta Deigenitrix ,

Sancta Virgo Virginum ,

Mater Christi,

Mater diuinæ gratiæ ,

Mater purissima,

Mater castissima ,

Mater inuiolata ,

Mater intemerata ,

Mater amabilis,

Mater admirabilis,

Mater Creatoris ,

Mater Saluatoris ,

Virgo prudentissima,

Ora pro nobis.

Virgo

Virgo veneranda,
Virgo prædicanda,
Virgo potens,
Virgo clemens,
Virgo fidelis,
Speculum iustitiæ,
Sedes sapientiæ,
Causa nostræ lætitiæ,
Vas spirituale,
Vas honorabile,
Vas insigne deuotionis,
Rosa mystica,
Turris Dauidica,
Turris eburnea,
Domus aurea,
Fœderis arca,
Ianua cœli,
Stella matutina,
Salus infirmorum,
Refugium peccatorum,
Consolatrix afflictorum,
Auxilium Christianorum,
Regina Angelorum,

Ora pro nobis.

ere

ere

Ora pro nobis.

go

Regina Patriarcharum,
 Regina Prophetarum,
 Regina Apostolorum,
 Regina Martyrum,
 Regina Confessorum,
 Regina Virginum,
 Regina Sanctorum omni-
 um,

Ora p̄ nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata
 mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata
 mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata
 mundi, Miserere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

Aue Maria.

ŷ. Benedicta filia tu à Domi-
 no:

R. Quia

Ora pro nobis.
ata
ne.
ata
e.
ata

Sub tuum praesidium confugimus
Sancta Dei Genitrix, nostras depre-
cationes ne despicias in necessitatibus;
sed a periculis cunctis libera nos
semper Virgo gloriosa et benedicta.
Domina nostra, mediatrix nostra,
Advocata nostra; tuo Filio nos
reconcilia, tuo Filio nos commenda,
tuo Filio nos representa.

Ora pro nobis Sancta Dei
Genitrix
ut digni efficiamur promissionibus
Christi

Oremus
Gratiam tuam quaesumus Domine
mentibus nostris infunde; ut qui
Angelo nuntiante Christi Filii
tui incarnationem cognovimus,
per passionem eius, et crucem ad
resurrectionis gloriam perducamur.

uia

Defende quaesumus Domine B.
Mamae semper Virgine intercedente
istam ab omni adversitate fa:
miliam, et toto corde tibi pro:
sternam, ab hostium propitius
buere clementer infidelis. Per
Christum Dominum nostrum

R amen

Divinum auxilium maneat
semper nobiscum.

R amen.

R. Quia per te fructum vite com-
municauimus.

V. Dignare me laudare te Vir-
go sacrata:

R. Da mihi virtutem contra ho-
stes tuos.

V. Ora pro nobis sancta DE I
genitrix:

R. Ut digni efficiamur promif-
sionibus Christi.

V. Domine exaudi orationem
meam:

R. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

C Oncede misericors DEVS
fragilitati nostræ præsidium,
vt qui sanctæ Dei genitricis me-
moriæ agimus intercessionis
eius auxilio à nostris iniquitati-
bus resurgamus.

F s Deus

DEVUS, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, illumina, quæsumus, corda nostra gratiæ tuæ splendore: vt dignè maiestati tuæ ministrare, teque æterna charitate diligere valeamus.

LArgire nobis, quæsumus Domine, semper spiritum cogitandi, quæ recta sunt propitius, & agendi: vt qui sine te esse non possumus, secundum te viuere valeamus.

DEVUS, qui diligentibus te facis cuncta prodesse: da cordibus nostris inuiolabilem tui amoris affectum, vt desideria de tua inspiratione concepta, nulla possint tentatione mutari:

Deus,

DEVS, qui charitatis dona
per gratiam sancti spiritus
tuorum cordibus fidelium infu-
disti, da famulis & famulabus tu-
is, pro quibus tuam deprecamur
clementiam, salutem mentis &
corporis: vt te toto corde dili-
gant, & quæ tibi placita sunt,
tota dilectione perficiant. Per
Dominum nostrum, &c.

Vers. Domine exaudi orationem
meam,

Resp. Et clamor meus ad te ve-
niat.

Vers. Benedicamus Domino,

Resp. Deo gratias.

Vers. Et fidelium animæ per mi-
sericordiam DEI requie-
scant in pace,

Resp. Amen.

—*—

*

F 6

LITA-

LITANIÆ

PRO GERMANIA.

AD PATRONOS GER-

MANIÆ.

K Yrie eleison.
 Christe eleison.
 Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, Misere
 nobis.Fili redemptor mundi Deus,
 misere nobis.Spiritus sancte Deus, Misere
 nobis.Sancta Trinitas vnus DEVS,
 Misere nobis.

Sancta Maria, Ora pro nobis.

Sancta Dei genitrix, Ora pro
 nobis.Sancta Virgo virginum, Ora pro
 nobis.

Sancte

Sancte Michaël, }
 Sancte Gabriël, } Ora ꝑ nobis.
 Sancte Raphaël, }

Sancte Archangele Germaniæ
 Princeps, Ora pro nobis.

Omnes SS. Angeli, & Archan-
 geli in Germania præfides, &
 custodes, Orate pro nobis.

Omnes SS. beatorum Spiritum
 ordines, Orate pro nobis.

Sancte Ioannes Baptista, Ora
 pro nobis.

Omnes SS. Patriarchæ & Pro-
 phetæ, Orate pro nobis.

Sancte Petre, }
 Sancte Paule, } Ora ꝑ nobis.
 Sancte Thoma, }

Sancte Matthia, Ora pro nobis.

Sancte Luca, Ora pro nobis.

Omnes SS. Apostoli, & Euan-
 gelistæ, Orate pro nobis.

Sancte Eucharî, Ora ꝑ nobis.

Sancte Valeri, Ora pro nobis.

Sancte Materne,
 Sancte Luci,
 Sancte Marce,
 Sancte Andronice,
 Sancte Ægyste,
 Omnes sancti Discipuli Domi-
 ni, Orate pro nobis,

Ora p nobis.

Sancte Bonifaci,
 Sancte Pauline,
 Sancte Euergisle,
 Sancte Narcisse,
 Sancte Chyliane,
 Sancte Maximiliane,
 Sancte Emerane,
 Sancte Vigili,
 Sancte Lamberte,
 Sancte Albane,
 Sancte Palmachi cum socijs,
 Orate pro nobis,

Ora pro nobis.

Sancte Mauriti & omnes The-
 bai Martyres, Orate p nobis.
 Omnes Sancti Martyres, Orate
 pro nobis.

Sancte

Sancte Leo,
 Sancte Seuerine,
 Sancte Cuniberte;
 Sancte Maximine,
 Sancte Lulle,
 Sancte Ruberte,
 Sancte Anschari,
 Sancte Remberte,
 Sancte Vdalrice,
 Sancte Wolfgange,
 Sancte Conrade,
 Sancte Burcharde,
 Sancte Corbiniane,
 Sancte Arbogaste,
 Sancte Wilibalde,
 Sancte Nortberte,
 Sancte Ludgere,
 Sancte Ottho,
 Sancte Suitberte,
 Sancte Seruati,
 Sancte Albine,
 Sancte Benno,
 Omnes SS. Pontifices & con-
 fesso-

Ora p nobis.

Ora p nobis. ii.

Ora pro nobis.

e.
is.
te
te

136 LITANIÆ PRO

fessores, Orate Pro nobis.

Omnes Sancti Doctores, Orate
pro nobis.

Sancte Beate,
Sancte Galle,
Sancte Othmare,
Sancte Wigberte,
Sancte Wunibalde,
Sancte Seuerine,
Sancte Richarde,
Sancte Henrice,
Sancte Stephane,
Sancte Leopolde,
Sancte Casimire,

Ora pro nobis.

Omnes sancti Sacerdotes & Le-
uitæ, Orate pro nobis.

Omnes sancti Monachi & Ere-
mitæ, orate pro nobis.

Sancta Chunegunda,
Sancta Hildegarda,
Sancta Othilia,
Sancta Irmina,
Sancta Seuera,

Ora p nobis.

San-

Sancta Walburga, Ora p nobis.

Sancta Mathildes, Ora p nobis.

Sancta Affra, Ora pro nobis.

Sancta Elisabetha, Ora p nobis.

Sancta Ursula cum sodalibus,

Orate pro nobis.

Omnes Sanctæ Virgines & vi-
duæ, Orate pro nobis.

Omnes Sancti & Sanctæ Dei,
qui vnquam in Germania vi-
xistis, Orate pro nobis.

Omnes Sancti & Sanctæ Dei,
Intercedite pro nobis.

Propitius esto, Parce nobis Do-
mine:

Propitius esto, Exaudi nos Do-
mine.

Ab omni malo,

Ab omni peccato,

Ab imminentibus pecca-
torum periculis,

A spiritu superbix & apo-
stasix,

Libera nos Dñe.
A va-

te

Ora pro nobis.

e

e

Ora p nobis. h

138 LITANIAE PRO

A vanitate & cæcitate
mentis,

A commestationibus, e-
brietatibus, & omni stu-
dio ventris,

A desiderijs & libertate
carnis,

A spiritu blasphemiæ,

Ab odio, contemptu, & ne-
glectu rerum sacrarum,

A profanatione templorum
& omni sacrilegio,

A seditionibus, dissidijs, bel-
lis, & omni rebellione,

A peste, fame, & clade,

A tyrannide, & ferocia
Principum,

A iugo Turcico, & potesta-
te infidelium,

Ab omni hæresi & schis-
mate,

Ab omni spiritu mundano,
& prophano,

Libera nos Domine.

Iesu

GERMANIA.

139

Iesu Christe fili Dei & Mariae, per pacificum aduentum tuum,

Iesu Christe salus & spes nostra, per dulcissimum nomen tuum.

Iesu Christe redemptor, & saluator mundi, per sacrosanctum corpus & sanguinem tuum,

Peccatores,

Vt Pontificem, & omnes Episcopos ad pacificandam, & reformandam Ecclesiam excites, atque dirigas,

Vt Imperatorem, Electores, ac Principes omnes verè Catholicos & Catholicæ fidei propugnatores efficias,

Vt omnes Imperij ordines ad fidei vnitatem, & Ec-

clesiæ

Liberanos Domine.

Te rogamus audire nos.

Liberanos Domine.

clesiæ obedientiam re-
ducas,

Vt omnes hæreses, & in fi-
de errores profligare, &
extirpare digneris,

Vt clerum Germaniæ à scan-
dalis, vitæque licentia
& turpitudine liberet,

Vt inimicos Ecclesiæ humi-
liare, & ad viam veritatis
conuertere digneris,

Vt populos aquilonares ad
studium pacis, & vnitatis
reuoces,

Vt Catholicorum gemitus
exaudire digneris,

Vt viuificum & perpetuum
Ecclesiæ Sacrificium in
Germania retineri, & di-
gnè celebrari concedas,

Vt animabus fidelium de-
functorum, præsertim
quæ in Germania defrau-

dantur

Te rogamus audi nos.

dantur suffragijs requiem æ-
ternam donare digneris,

Te rogamus audi nos.

Vt nos exaudire digneris,

Te rogamus audi nos.

Fili Dei,

Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Miserere nobis,

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

ψ. Iudica Domine nocentes nos,

℞. Expugna impugnantes nos.

ψ. Apprehende arma & scutum,

℞. Et

Te rogamus audi nos.

tur

- R.** Et exurge in adiutorium nostrum.
V. Eripe nos de manu inimicorum nostrorum,
R. Et de persequentibus nos.
V. Disperde illos in virtute tua,
R. Et depone eos protector noster Domine.
V. Fiant tanquam puluis ante faciem venti,
R. Et Angelus Domini persequens eos.
V. Irruat super eos formido & pavor,
R. In magnitudine brachij tui.
V. Hostium nostrorum Domine elide superbiam,
R. Et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne.
V. Ne tradas bestijs animas confidentium tibi,
R. Et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.

v. Do.

— — — — —

V. Domine exaudi orationem
meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

OMnipotens sempiterne De-
us, in cuius manu sunt om-
nium potestates, & omnium iu-
ra regnorum, respice in auxili-
um Christianorum, vt gentes pa-
ganorum, quæ in sua feritate
confidunt, dexteræ tuæ potentia
conterantur.

OMnipotens sempiterne De-
us, qui saluas omnes, & ne-
minem vis perire, respice ad a-
nimas diabolica fraude dece-
ptas, vt omni hæretica prauitate
deposita, errantium corda resi-
piscant, & ad veritatis tuæ rede-
ant vnitatem.

DEVS

DEVS regnorum omnium,
 & Christiani maximè pro-
 tector Imperij, da seruo tuo
 Imperatori nostro N. trium-
 phum virtutis tuæ scienter exco-
 lere, vt qui tua constitutione est
 princeps, tuo semper munere
 sit potens.

QVæsumus Omnipotens De-
 us, vt famuli tui Reges,
 Principes, & magistratus omnes,
 qui tua miseratione susceperunt
 Reipublicæ gubernacula, virtu-
 tum etiam omnium percipiant
 incrementa, quibus decenter
 ornati, & vitiorum monstra de-
 uitare, & ad te, qui via, veritas,
 & vita es, gratiosè valeant per-
 uenire.

DEVS qui conteris bella, &
 impugnatores in te speran-
 tium,

tium, potentia tuæ defensionis
expugnas: auxiliare famulis tuis
implorantibus misericordiam
tuam, vt omnium inimicorum
suorum feritate depressa, incessa-
bili te gratiarum actione laude-
mus, Per Dominum nostrum
IESVM Christ:&c.

Vers. Domine exaudi orationem
meam,


Resp. Et clamor meus ad te ve-
niat.

Vers. Benedicamus Domino,

Resp. Deo gratias.

Vers. Et fidelium animæ per mi-
sericordiam DEI requie-
scant in pace,

Resp. Amen.



*

G

LITA.

LITANIAE
DE OMNIBVS
SANCTIS.

K Yrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de caelis Deus, Misereere
nobis.

Fili redemptor mundi Deus,
miserere nobis.

Spiritus sancte Deus, Misereere
nobis.

Sancta Trinitas vnus DEVS,
Miserere nobis.

Sancta Maria,
Sancta Dei genitrix,
Sancta Virgo virginum,
Sancte Michaël,
Sancte Gabriël,

Orate
pro nobis.

Sancte

OMNES SANCTOS, 147

Sancte Raphaël, Ora p nobis.

Omnes Sancti Angeli & Arch-
angeli,

Omnes SS. beatorum spirituum
ordines, Orate pro nobis.

Sancte Ioanes Baptista, Ora pro.

Omnes SS. Patriarchæ & Pro-
phetæ, Orate pro nobis.

Sancte Petre,

Sancte Paule,

Sancte Andrea,

Sancte Iacobe,

Sancte Ioannes,

Sancte Thoma,

Sancte Iacobe,

Sancte Philippe,

Sancte Bartholomæe.

Sancte Matthæ,

Sancte Simon,

Sancte Thadæe,

Sancte Matthia,

Sancte Barnaba,

Sancte Luca,

G 2

Sancte

Ora pro nobis.

A

rere

rere

Ora p nobis.
ete

148 LITANIAE AD

Sancte Marce, Ora pro nobis.

Omnes SS. Apostoli & Euan-
gelistæ, Orate pro nobis.

Omnes Sancti Discipuli Domi-
ni, Orate pro nobis.

Omnes Sancti Innocentes,
Orate pro nobis.

Sancte Stephane, }

Sancte Laurenti, } Ora p nobis.

Sancte Vincenti, }

Sancti Fabiane & Sebasti-
ane.

Sancti Ioannes & Paule,

Sancti Cosma & Damiane,

Sancti Geruasi & Prothasi,

Omnes Sancti Martyres,

Sancte Syluester,

Sancte Gregori,

Sancte Ambrosi,

Sancte Augustine,

Sancte Hieronyme,

Sancte Martine,

Sancte Nicolae,

Orate pro nobis.

Ora pro nobis.

Omnes

OMNES SANCTOS. 149

Omnes Sancti Pontifices &
Confessores, Orate p nobis.

Omnes Sancti Doctores,

Orate pro nobis.

Sancte Benedicte,

Sancte Antoni,

Sancte Bernarde,

Sancte Dominice,

Sancte Francisce,

Omnes Sancti Sacerdotes & Le-
uitæ, Orate pro nobis.

Omnes Sancti Monachi & Ere-
mitæ, Orate pro nobis.

Sancta Maria Magdalena,

Sancta Agatha,

Sancta Lucia,

Sancta Agnes,

Sancta Cæcilia,

Sancta Catharina,

Sancta Anastasia,

Omnes Sanctæ Virgines & Vi-
duæ, Orate pro nobis.

Omnes Sancti & Sanctæ Dei,

G 3

Inter-

Ora p nobis.

Ora pro nobis.

Orate pro nobis. Ora pro nobis.

Intercedite pro nobis.

Propitius esto, Parce nobis Domine.

Propitius esto, Exaudi nos Domine.

Ab omni malo,

Ab omni peccato,

Ab ira tua,

A subitanea & improuisa morte,

Ab insidijs diaboli,

Ab ira, & odio, & omni mala voluntate,

A spiritu fornicationis,

A fulgure & tempestate,

A morte perpetua,

Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ,

Per aduentum tuum,

Per natiuitatem tuam,

Per baptismum, & sanctum ieiunium tuum,

Per crucem & passionem tuam,

Per]

Libera nos Domine.

OMNES SANCTOS. 157

Per mortem & sepulturam
tuam,

Per sanctam resurrectio-
nem tuam,

Per admirabilem ascensio-
nem tuam,

Per aduentum Spiritus san-
cti paracliti,

In die Iudicij,

Peccatores,

Vt nobis parcas,

Vt nobis indulgeas,

Vt ad veram pœnitentiam
nos perducere digne-
ris,

Vt Ecclesiam tuam san-
ctam regere & conser-
uare digneris,

Vt Domnum Apostolicum
& omnes Ecclesiasticos
ordines in sancta reli-
gione conseruare digne-
ris,

Libera nos Domine.

Te rogamus audi nos.

G s

Vt

Libera nos Domine.

Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ
humiliare digneris,

Vt Regibus & Principibus
Christianis pacem & ve-
ram concordiam donare
digneris,

Vt cūcto populo Christiano
pacem & vnitatem largi-
ri digneris,

Vt nosmetipsos in tuo san-
cto seruitio confortare
& conseruare digneris,

Vt mentes nostras ad cœle-
stia desideria erigas,

Vt omnibus benefactori-
bus nostris sempiterna
bona retribuas,

Vt animas nostras, fratrum,
propinquorum, & bene-
factorum nostrorum ab
æterna damnatione eri-
pias,

Vt fructus terræ dare &
confer-

Terogmus audinos:

OMNES SANCTOS. 153

conseruare digneris,

Te rogamus audi nos.

Vt omnibus fidelibus defunctis
requiem æternam donare
digneris, Te rogamus au-
di nos.

Vt nos exaudire digneris,

Te rogamus audi nos.

Fili Dei,

Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Miserere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

Aue Maria, &c.

G s

Pfal.

Te rogamus audi nos:

ser-

DEVS in adiutorium meum
intende: Domine ad adiu-
uandum me festina,

Confundantur & reuertantur:
qui quærunt animam meam.

Auertantur retrorsum, & eru-
bescant: qui volunt mihi
mala.

Auertantur statim erubescentes:
qui dicunt mihi, euge, euge.

Exultent & lætentur in te om-
nes qui quærunt te: & di-
cant semper, magnificetur
Dominus, qui diligunt salu-
tare tuum.

Ego vero egenus, & pauper sum:
Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus
es tu: Domine ne moreris,

Gloria Patri, &c.

Sicut erat, &c.

Vers. Sal-

OMNES SANCTOS. 155

Vers. Saluos fac seruos tuos,

Resp. Deus meus sperantes in te.

Vers. Esto nobis Domine turris
fortitudinis,

Resp. A facie inimici.

Vers. Nihil proficiat inimicus in
nobis,

Resp. Et filius iniquitatis non ap-
ponat nocere nobis,

Vers. Domine non secundum
peccata nostra facias nobis,

Resp. Neque secundum iniquita-
tes nostras retribuas nobis.

Vers. Oremus pro Pontifice no-
stro N.

Resp. Dominus conseruet eum,
& viuificet eum, & beatum
faciat eum in terra, & non
tradat eum in animam inimi-
corum eius.

Vers. Oremus pro benefactori-
bus nostris.

Resp. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus, propter nomen tuum vitam æternam, Amen.

Vers. Oremus pro fidelibus defunctis:

Resp. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

Vers. Requiescant in pace,

Resp. Amen.

Vers. Pro fratribus nostris absentibus,

Resp. Saluos fac seruos tuos, Deus meus sperantes in te.

Vers. Mitte eis Domine auxilium de sancto,

Resp. Et de Sion tuere eos.

Vers. Domine exaudi orationem meam,

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Ore-

Oremus.

DEVS, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram: vt nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absoluat.

EXaudi, quæsumus Domine, supplicum preces & confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende: vt simul nos, & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DEVS

DEVS, qui culpa offenderis,
pœnitentia placaris, preces
populi tui supplicantis, propi-
tius respice: & flagella tuæ ira-
cundiæ, quæ pro peccatis nostris
meremur, auerte.

OMnipotens sempiterne De-
us, miserere famulo tuo
Pontifici nostro N. & dirige eum
secundum tuam clementiam in
viam salutis æternæ: vt te donan-
te tibi placita cupiat, & tota vir-
tute perficiat.

DEVS, à quo sancta deside-
ria, recta consilia, & iusta
sunt opera: da seruis tuis illam,
quam mundus dare non potest,
pacem: vt & corda nostra man-
datis tuis dedita, & hostium sub-
lata formidine, tempora sint tua
protectione tranquilla.

Vre

VReigne Sancti Spiritus re-
nes nostros, & cor nostrum
Domine: vt tibi casto corpore
seruiamus, & mundo corde pla-
ceamus,

Fidelium Deus omnium con-
ditor & redemptor, anima-
bus famulorum, famularumque
tuarum remissionem cunctorum
tribue peccatorum: vt indul-
gentiam, quam semper optaue-
runt, pijs supplicationibus con-
sequantur,

Actiones nostras, quæsu-
mus Domine, aspirando
præueni, & adiuuando profe-
quere: vt cuncta nostra oratio
& operatio à te semper incipiat,
& per te cœpta finiatur;

Omni-

OMnipotens sempiterne Deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorum, omnium-
 que misereris, quos tuos fide &
 opere futuros esse prænoscis: te
 supplices exoramus: vt pro qui-
 bus effundere preces decreui-
 mus, quosque vel præsens secu-
 lum adhuc in carne retinet, vel
 futurum iam exutos corpore
 suscepit, intercedentibus omni-
 bus Sanctis tuis, pietatis tuæ cle-
 mentia omnium delictorum su-
 orum veniam consequantur. Per
 Dominum nostrum Iesum Chri-
 stum Filium tuum, qui tecum
 viuit, & regnat in vnitæte Spiri-
 tus sancti Deus, Per omnia secu-
 la seculorum, Amen.

Vers. Domine exaudi orationem
 meam,

Resp. Et clamor meus ad te ve-
 niat,

Vers.

T.
e-
is
n-
&
te
ni-

LITANIÆ DE V. SACRAM. 161

Vers. Benedicamus Domino,

Resp. Deo gratias.

Vers. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace,

Resp. Amen.

LITANIÆ
DE VENERABILI SACRAMENTO.

K Yrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus,
Fili redemptor mundi Deus,
us,

Spiritus sancte Deus,
Sancta Trinitas vnus Deus,
Panis vitæ de cœlo descendens,

Miserere nobis.
Care

LITANIÆ DE V. SACRAM. 161

Vers. Benedicamus Domino,

Resp. Deo gratias.

Vers. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

Ave maris stella, Dei mater alma,
Atq; semper virgo, felix cæli porta.

Sumens illud
Solve vincla reis, profer lumen caecis,
mala nostra pelle, bona cuncta posce.

Virgo singularis, inter omnes mitis,
Nos culpis solutos, miles fac et castos.

Vitam
Sis laus Sed Patri, sumo Es deus,
Spiritus Sancto, Tribus honor unq.

& Amen

Sub tuum presidium confugimus
Sancta Dei Genitrix, nostras

Omnipotens sempiterne De-
us, qui viuorum dominaris
simul & mortuorum, omnium-
que misereris, quos tuos fide &
opere futuros esse prænoscis: te
supplices exoramus: vt pro qui-

deprecationes ne despicias in ne-
cessitatibus; sed à periculis
cunctis libera nos semper Virgo
gloriosa, et benedicta, Domina
nostra, mediatrix nostra; ad-
uocata nostra. tuo Filio nos re-
concedis, tuo Filio nos comenda,
tuo Filio nos representa.

Vej: Ora pro nobis sancta Dei
Genitrix

R. Ut digni efficiamur promissionibus
Christi

Oremus.

Defende quaesumus Domine B.
maria semper Virgine interceden-
te, istam ab omni adversitate

LITANIÆ DE V. SACRAM. 161

Vers. Benedicamus Domino,

Resp. Deo gratias.

Vers. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

familiam, ex toto corde tibi prostralam ab hostium propitius tuere clementer infidijs.

Deus qui glorificantes te glorificas, es in Sanctorum tuorum honoribus honoratus; concede propitius, ut qui Sanctorum Ignatii et Franciscei Confessorum tuorum gloriosa membra colimus, eorum pia patrocinia sentiamus. Per Christum Dominum nostrum

℞ Amen

Vers. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

℞ Amen

160 LITANIÆ AD OM: SANCT.

OMnipotens sempiterne De-
us, qui uiuorum dominaris
simul & mortuorum, omnium-
que misereris, quos tuos fide &
opere futuros esse prænoscis: te
supplices exoramus: vt pro qui-

LIT

Vers.

Resp.

Vers.

se

in

Resp.

L

DI

K

Chr

Chr

Pat

Fili

Spit

San

Par

T.
e-
is
n-
&
te
ni-

LITANIÆ DE V. SACRAM. 161

Vers. Benedicamus Domino,

Resp. Deo gratias.

Vers. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace,

Resp. Amen.

LITANIÆ
DE VENERABILI SACRAMENTO.

K Yrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus,
Fili redemptor mundi Deus,
us,

Spiritus sancte Deus,
Sancta Trinitas vnus Deus,
Panis vitæ de cœlo descendens,

Miserere nobis.
Care

Caro Christi pro mundi
 vita,
 Deus absconditus, & Sal-
 uator,
 In charitate perpetua nos
 diligens,
 Cuius conuersatio non ha-
 bet amaritudinem,
 In cuius amicitia est dele-
 ctatio bona,
 Panis pinguis & delitiæ
 Regum,
 Mensa purissima,
 Cuius conuictus habet læ-
 titiam & gaudium,
 Angelorum esca,
 Panis viuus nos confortans,
 Potus verus nos lætificans,
 Dulcedo magna timentibus
 Dominum,
 Cuius Spiritus super mel
 dulcis,
 Cuius hæreditas super mel,
 & fauum, Fru-

Miserere nobis.

Frumentum electorum,
 Vinum germinans virgines
 Manna absconditum,
 In quo omnis spes vitæ &
 virtutis,
 In quo omnis gratia viæ, &
 veritatis,
 Memoria mirabilium Dei,
 Panis supersubstantialis,
 Verbum caro factum,
 Habitans in nobis,
 Agnus absque macula,
 Hostia sancta, & calix bene-
 dictionis,
 Cœleste antidorum quo à
 peccatis præservamur,
 Memoriale præcipuum di-
 uini amoris,
 Donum transcendens om-
 nem plenitudinem,
 Vera propitiatio pro pec-
 catis nostris,
 Diuinę affluentia largitatis,

Phar-

Miserere nobis.

Miserere nobis;

Pharmacum immortalita-
tis,

Cibus & conuiuia,

Dulcissimum conuiuium,
cui assistunt Angeli mi-
nistrantes,

Vinculum charitatis,

Offerens & oblatio,

Spiritualis dulcedo in pro-
prio fonte degustata,

Refectio animarum sancta-
rum,

Viaticum in Domino mori-
entium,

Pignus futuræ gloriæ,

Propitius esto, Parce nobis
Domine.

Propitius esto, Exaudi nos
Domine.

Ab indigna corporis & san-
guinis tui susceptione,

Libera nos Domine,

A concupiscentia carnis,

A con-

Miserere nobis.

A concupiscentia oculorū,
 A superbia vitæ, (ne,
 Ab omni peccandi occasio-
 Per desiderium illud, quos
 hoc pascha cum discipuli,
 manducare desiderasti,
 Per summam humilitatem
 qua discipulorum pedes
 lauisti,
 Per ardentissimam charita-
 tem, qua hoc diuinum Sa-
 cramentum instituisti,
 Per sanguinem tuum pretio-
 sum, quem nobis in Alta-
 ri reliquisti,
 Per quinque vulnera huius
 tui Corporis sacratissi-
 mi, quæ pro nobis susce-
 pisti, (nos.
 Peccatores, Te rogam⁹ audi
 Ut nobis fidem, reuerenti-
 am, & deuotionem huius
 admirabilis Sacramenti

Libera nos Domine,

au-

Miserere nobis.

ON-

augere, & conseruare di-
gneris,

Vt ad frequentem vsum
Eucharistiæ per veram
peccatorum confessio-
nem nos perducere di-
gneris,

Vt nos ab omni hæresi, per-
fidia, ac cordis cæcitate
liberare digneris,

Vt sanctissimi huius Sacra-
menti pretiosos & cœle-
stes fructus nobis impar-
tiri digneris,

Vt in hora mortis nostræ,
hoc cœlesti viatico nos
confortare, & munire
digneris,

Fili Dei,

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus

Te rogamus audire nos,

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Misere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

Aue Maria.

ꝰ. Memoriam fecit mirabilium
suorum misericors & misera-
tor Dominus.

ꝱ. Escam dedit timentibus se.

ꝰ. Panem de cœlo præstitisti no-
bis Domine,

ꝱ. Omne delectamentum in se
habentem.

ꝰ. Ex altari tuo Domine Chri-
stum sumimus,

ꝱ. In quem cor & caro nostra ex-
ultant,

ꝰ. Domine exaudi orationem
meam.

ꝱ. Et

Terogamus audi nos,

ata
e.
ata
e.
us

Re. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Domine Iesu Christe fili Dei
 viui, qui ex voluntate Patris,
 cooperante Spiritu sancto, per
 mortem tuam mūdum viuifica-
 sti, libera nos, per tremendum
 corporis & sanguinis tui Sacra-
 mentum, ab omnibus iniquita-
 tibus nostris & vniuersis malis,
 & fac nos tuis inhærere manda-
 tis, & à te nunquam separari per-
 mittas.

Propitiare Domine suppli-
 cationibus nostris, & ani-
 marum nostrarum medere lan-
 guoribus; vt remissione perce-
 pta, in tua semper benedictione
 lætemur.

Deus

DEVS, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue quæsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus.

DEVS, qui diligentibus te bona inuisibilia præparasti, infunde cordibus nostris tui amoris affectum; vt te in omnibus & super omnia diligentes, promissiones tuas, quæ omne desiderium superant, consequamur.

DEVS, qui nos ad imaginem tuam Sacramentis renouas & præceptis, perfice gressus nostros in semitis tuis, & charitatis tuæ donum, quod fecisti à nobis sperari, per tuam clementiam efficaciter facias apprehendi. Per

H Domi-

Dominum nostrum IESVM &c.

Vers. Domine exaudi orationem
meam,

Resp. Et clamor meus ad te ve-
niat.

Vers. Benedicamus Domino,

Resp. Deo gratias.

Et fidelium animæ per mi-
sericordiam DEI requie-
scant in pace,

Resp. Amen.

LITANIAE PRO INFIRMIS.

K yrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus,

Miserere nobis,

Fili

Fili redemptor mundi De-
 us,
 Spiritus sancte Deus,
 Sancta Trinitas vnus Deus,
 Qui sanas contritos corde,
 Qui vulneras & mederis,
 Qui mortificas & viuificas,
 Qui deducis ad inferos &
 reducis,
 Qui orantes in sua infirmi-
 tate curare consueuisti,
 Qui propter misericordi-
 am tuam saluos facis om-
 nes sperantes in te,
 Qui Iob vlcere pessimo per-
 cussum sanasti,
 Qui Ezechiam ad te cla-
 mantem à morbo libe-
 rasti,
 Qui dæmonium à Sara de-
 pulisti,
 Qui Tobiam lumen cœli
 videre fecisti,

Miserere nobis.

Qui

H 2

Fili

Qui Chananzæam pro filia
post te clamantem ex-
audisti,

Qui socrum Petri à Febri li-
berasti,

Qui mulierem contractam
ad perfectam sanitatem
erexisti,

Qui filium Principis iam
mori incipientem à fe-
bri saluasti,

Qui puerum Centurionis
verbo sanasti,

Qui paraliticos, & leprosos
sanasti, & mundaſti,

Qui à spiritibus immundis
vexatos, & obsessos libe-
raſti,

Qui mulierem per tactum
fimbriæ tuæ à sanguinis
fluxu sanasti,

Qui surdos audire fecisti,

Miserere nobis.

Qui

Qui claudis gressum restitu-
isti,

Qui mutorum ora aperu-
isti,

Qui cæcos illuminasti,

Qui omnes infirmos & æ-
grotos, tangendo sana-
sti,

Qui omnes oneratos & la-
borantes reficis,

Qui omnes languores no-
stros portasti.

Qui filium mortuum matri
viduæ viuum restituisti,

Qui filiam Archisynagogæ
ad vitam reuocasti,

Qui Lazarum quatrdua-
num à mortuis resusci-
tasti,

Qui ægrotos visitasti & vi-
sitantibus præmia æter-
na promisisti,

Qui per vmbra[m] Petri

H 3

mul-

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Qui

multos ab infirmitatibus
 suis liberaſti,
 Qui per ſudaria & ſemicin-
 ctia Pauli multos infir-
 mos curaſti,
 Qui per oſſa Eliſæi mortu-
 um ad vitam reuocaſti,
 Deus adiutor & protector
 noſter,
 Suſceptor & liberator no-
 ſter,
 Refugium noſtrum & cor-
 nu ſalutis noſtræ,
 Fortitudo & patientia no-
 ſtra,
 Saluator & redemptor no-
 ſter,
 Propitiuſeſto, Parce nobis Do-
 mine.
 Propitiuſeſto, Exaudi nos Do-
 mine.
 Propitiuſeſto, Libera nos Do-
 mine,

Miferere nobis.

Ab

Ab omni malo,
 Ab omni peccato,
 Ab omni morbo & languore,

A peste & omni contagione,
 Ab omni impatientia & pusillanimitate,

Ab insidijs diaboli,
 A periculis mortis,
 A doloribus inferni,
 A subitanea & improuisa morte,

A damnatione perpetua,
 Per tentationem tuam,
 Per lachrymas & ærumnas tuas,

Per labores & defatigationes tuas,

Per tristitiam & tædium tuum,

Per pauorem & mærorem tuum,

Per sitim & famem tuam,

Libera nos Domine.

Per

Miserere nobis.

Do-

Do-

Do-

Ab

176 LITANIÆ

Per agoniam & sanguine-
um sudorem tuum,

Per sacrosancta vulnera
tua,

Per pretiosum sanguinem
tuum,

Per crucem & passionem
tuam,

Per mortem & sepulturam
tuam,

Per gloriosam resurrectio-
nem tuam,

Per admirabilem ascensio-
nem tuam,

In die Iudicij,

Peccatores,

Vt nobis parcas,

Vt nobis indulgeas,

Vt spatium veræ pœniten-
tiæ nobis concedere di-
gneris,

Vt compunctionem cor-
dis, & fontem lachry-

Libera nos Domine.

Te rogamus audi nos.

ma-

marum nobis donare digneris,

Vt nos visitare & consolari digneris,

Vt aërem salubrem, & sanitatem mentis & corporis nobis largiri digneris.

Vt indulgentiam & remissionem omnium peccatorum nobis concedere digneris,

Vt gratiam & consolationem sancti Spiritus cordibus nostris infundere digneris,

Vt nobis in omni tribulatione nostra succurrere, & patientiam donare digneris,

Vt nos in hora mortis contra omnes diaboli insidias munire digneris,

Vt nos in gratia tua mori &

H s

ad

Te rogamus audi nos.

Libera nos Domine.

Te rogamus audi nos.

ad finem vsque perseue-
rare concedas,

Vt extrema nostra benedi-
cere & sanctificare di-
gneris,

Vt spiritum nostrum in ma-
nus tuas suscipere di-
gneris,

Vt post obitum nostrum,
Paradisi ianuas nos gau-
denter introire conce-
das,

Vt nos exaudire digneris,
Fili Dei,

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Parce nobis Domine,

Agnus Dei, qui tollis pecca-
ta mundi, Exaudi nos Do-
mine,

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Miserere nobis,

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Te rogamus audi nos.

Kyrie-

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster, &c.

Vers. Saluos fac seruos tuos.

Resp. Deus meus sperantes in te.

Vers. Conuertere Domine vs-
quequo,

Resp. Et deprecabilis esto super
seruos tuos.

Vers. Esto nobis Domine turris
fortitudinis,

Resp. A facie inimici.

Vers. Nihil proficiat inimicus in
nobis,

Resp. Et filius iniquitatis non ap-
ponat nocere nobis.

Vers. Adiutor noster esto ne de-
relinquas nos,

Resp. Neque despicias nos Deus
salutaris noster.

Vers. Adiuua nos Deus salutaris
noster,

H 6

Resp. Et

Te rogamus audi nos.

ata

ine,

ca-

Do-

ata

ic-

Resp. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos,
Domine exaudi orationem
meam,
Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DEVS, infirmitatis humanae
singulare praesidium, auxilij
tui virtutem super infirmos fa-
mulos tuos clementer ostende,
vt ope misericordiae tuae adiuti,
Ecclesiae tuae sanctae incolumes
representari mereantur.

DEVS, qui vnigeniti tui pati-
entia antiqui hostis contri-
uisti superbiam, da nobis quaesumus,
quae idem pro nobis pertu-
lit, dignè recolere, sicque exem-
plo eius cuncta nobis aduersan-
tia æquanimiter tolerare,

Deus

DEVS humani generis benignissime conditor & misericordissime reformator, qui hominem invidia diaboli ab æterna felicitate deiectum, ynigenti filij tui pretioso sanguine redemisti, viuifica nos famulos tuos gratiæ tuæ vigore, & iacentibus manum porrige salutarem; reple nos omni gaudio cordis & lætitia spiritali; expelle à nobis omnes hostiles insidias, & mitte nobis medicum salutis angelum pacis, qui nos in angustijs positos consolationibus tuis attollat, quibus in præsentī consequamur auxilium, & in futuro præmia comprehendamus æterna.

Misericordiam tuam humiliter deprecamur omnipotens Deus, qui amissam nobis gratiam reconciliet, atque munus

nus patientiæ in illatis omnibus
semper & vbiq̃ue protegendo
impertiat.

DEVS, sub cuius nutibus vi-
tæ nostræ momenta decur-
runt, suscipe preces humiliter
ad te clamantium, vt de omni
aduersitate & ægritudine libera-
ti, perpetua te gratiarum acti-
one laudemus. Per Dominum
nostrum Iesum Christum filium
tuum, qui tecum viuit & re-
gnat in vnitate Spiritus sancti
Deus, Per omnia secula secu-
lorum, Amen.

Vers. Domine exaudi orationem
meam,

Resp. Et clamor meus ad te ve-
niat.

Vers. Benedicamus Domino,

Resp. Deo gratias.

Vers. Et fidelium animæ per mi-
seri-

seri-

PRO INFIRMIS. 183

Mericordiam Dei requiescant
in pace,
Resp. Amen.

LITANIÆ
PRO FIDELIBVS
DEFUNCTIS.

K Yrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, Misere-
re animabus fidelium defunctorum.

Fili redemptor mundi DEVS,
Misere eis.

Spiritus sancte DEVS, Misere-
re eis.

Sancta Trinitas vnus DEVS,
Misere eis.

Sancta

Sancta Maria,	} Ora pro eis.
Sancta Dei genitrix,	
Sancta Virgo Virginum,	
Sancte Michaël,	
Sancte Gabriël,	
Sancte Raphaël,	
Omnes SS. Angeli & Archangeli,	} Orate p eis.
Omnes SS. beatorum spirituum ordines,	
Sancte Ioannes Baptista,	} Ora p eis.
Sancte Abel,	
Omnis chorus Iustorum,	} Ora- te p eis.
Omnes sancti Patriar- chæ & Prophetæ,	
Sancte Petre,	} Ora pro eis.
Sancte Paule,	
Sancte Andrea,	
Sancte Iacobe,	
Sancte Ioannes,	
Sancte Thoma,	
Sancte Iacobe,	
Sancte Philippe,	
	Sancte

Sancte Bartholomæe,
Sancte Matthæe,
Sancte Simon,
Sancte Thadæe,
Sancte Matthia,
Sancte Barnaba,
Sancte Luca,
Sancte Marce,

Ora pro
eis.

Omnes Sancti Apostoli &
Euangelistæ, Orate pro eis.
Omnes Sancti Discipuli Domi-
ni, Orate pro eis.
Omnes Sancti Innocentes,

Orate pro eis,

Sancte Stephane,
Sancte Laurenti,
Sancte Vincenti,
Sancti Fabiane & Sebastiane,

Ora pro
eis.

Orate pro eis.

Sancti Ioannes & Paule,
Sancti Cosma & Damiane,
Sancti Geruasi & Prothasi,
Omnes Sancti Martyres,

Ora pro
eis.

Sancte

Sancte Syluester,
 Sancte Gregori,
 Sancte Ambrosi,
 Sancte Augustine,
 Sancte Hieronyme,
 Sancte Martine,
 Sancte Nicolae,
 Omnes sancti Pontifices &
 confessores,
 Omnes sancti Doctores,
 Sancte Benedicte,
 Sancte Antoni,
 Sancte Bernarde,
 Sancte Dominice,
 Sancte Francisce,
 Omnes sancti Sacerdotes
 & Leuitæ,
 Omnes sancti Monachi &
 Eremitæ,
 Sancta Maria Magdalena,
 Sancta Agatha,
 Sancta Lucia,
 Sancta Agnes,

Orate ꝑ eis. Orate ꝑ eis. Orate ꝑ eis.
 Orate ꝑ eis. Orate ꝑ eis. Orate ꝑ eis.

Sancta

PRO DEFUNCTIS. 187

Sancta Cæcilia, }
Sancta Catharina, } Ora p̄ eis.
Sancta Anastasia, }

Omnes sanctæ Virgines & Vi-
duæ, Orate pro eis.

Omnes sancti & sanctæ Dei,
Intercedite pro eis.

Propiti⁹ esto, Parce eis Domine.

Propiti⁹ esto, Exaudi eas Dñe.

Propitius esto,

Ab omni malo,

A pœnic purgatorij,

Ab ira tua,

Per mysterium sanctę incar-
nationis tuæ,

Per aduentum tuum,

Per natiuitatem tuam,

Per baptismum, & sanctum
ieiunium tuum,

Per crucem & passionem
tuam,

Per mortem & sepulturam
tuam,

Libera eas Domine.

Per

Orate pro eis. Orate pro eis. Orate pro eis. Orate pro eis. Orate pro eis.

Per sanctam resurrectionem tuam,

Per admirabilem ascensionem tuam,

Per aduentum Spiritus sancti paracliti,

In die Iudicij,

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Vt nobis parcas,

Vt nobis indulgeas,

Vt animas parentum fratrum, propinquorum & benefactorum nostrorum à pænis purgatorij eripias,

Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam concedas,

Vt nos exaudire digneris,

Fili Dei,

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Parce eis Domine.

Agnus

Libera eas Dñe.

Te rogamus audi nos.

PRO INFIRMIS. 189

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Libera eas Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, Dona eis requiem
sempiternam.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

Aue Maria.

DE profundis clamaui ad te
Domine: Domine exaudi
vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in
vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris Do-
mine: Domine quis sustine-
bit?

Quia apud te propitiatio est: &
propter legem tuam sustinui
te Domine,

Susti-

Libera eas Dñe.

Terrorem audi nos.

ta

is

Sustinuit anima mea in verbo
eius : speravit anima mea in
Domino.

A custodia matutina vsque ad
noctem : speret Israël in Do-
mino.

Quia apud Dominum miseri-
cordia: & copiosa apud eum
redemptio.

Et ipse redimet Israël; ex omni-
bus iniquitatibus eius.

Requiem æternam dona eis
Domine: & lux perpetua lu-
ceat eis.

Vers. Saluos fac seruos tuos,

Resp. D E V S meus sperantes
in te.

Vers. Domine non secundum
peccata eorum facias eis ,

Resp. Neque secundum iniquita-
tes eorum retribuas eis ,

Vers. Oremus pro parentibus,
fratribus, & benefactori-
bus

PRO DEFUNCTIS. 191

bus nostris in Christo defunctis.

Resp. Retribuere dignare Domine omnibus qui nobis bona fecerunt, propter nomen sanctum tuum requiem æternam, Amen.

Vers. Oremus pro fidelibus defunctis,

Resp. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

Vers. A porta inferi,

Resp. Erue Domine animas eorum,

Vers. Requiescant in pace,

Resp. Amen.

Vers. Domine exaudi orationem meam,

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Ore-

Oremus.

DEVS, qui nos patrem & matrem honorare præcepisti, miserere clementer animabus patris ac matris meæ, eorumque peccata dimitte: meque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre.

DEVS qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos tuos, pontificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

Absolue quæsumus, Domine, animam famuli tui N. vt defunctus seculo tibi viuat, & quæ per fragilitatem carnis humana

mana

PRO DEFUNCTIS. 193

mana conuersatione commisit:
tu uenia misericordissimæ pieta-
tis absterge,

DEVS ueniæ largitor, & hu-
manæ salutis amator; quæ-
sumus clementiam tuam, vt no-
stræ congregationis fratres, pro-
pinquos, & benefactores, qui ex
hoc seculo transierūt, beata Ma-
ria semper uirgine intercedente,
cum omnibus sanctis tuis, ad
perpetuæ beatitudinis consorti-
um peruenire concedas.

Fidelium Deus omnium con-
ditor & redemptor, anima-
bus famulorum famularumque
tuarum remissionem cuncto-
rum tribue peccatorum: vt in-
dulgentiam quam semper op-
tauerunt, pijs supplicationibus
consequantur. Qui uiuis &
I regnas

194 LIT. PRO DEFUNCTIS

regnas DEVS, in secula seculorum, Amen.

Vers. Domine exaudi orationem meam,

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Vers. Benedicamus Domino,

Resp. DEO gratias.

Vers. Et fidelium animæ per misericordiam DEI requiescant in pace,

Resp. Amen.



IN

INDEX LI-
TANIARVM HV-
ius libelli.

Litaniæ ad sanctissimam Trini-
tatem.

Litaniæ de nomine IESV.

Litaniæ de B. Virgine Maria, in
æde Lauretana dici solitæ.

Litaniæ pro Germania, ad Pa-
tronos Germaniæ.

Litaniæ de omnibus Sanctis.

Litaniæ de Venerabili Sacra-
mento.

Litaniæ pro infirmis.

Litaniæ pro fidelibus defun-
ctis.



A C T V S
CONTRITIONIS AD
OBTINENDAM OMNIUM
 peccatorum remis-
 sionem.

V E R A Contritio res est
 tanti momenti, vt qui
 eam habuerit, quamuis
 grauissima peccata commiserit,
 impetraturus sit remissionem il-
 lorum, gratiam & amicitiam
 D E I, virtutes & dona Spiritus
 sancti, quæ amiserat, & si con-
 tingat subitò absque confessi-
 one, quam facere non possit,
 mori, consecuturus sit salutem
 & vitam sempiternam.

Fundatur hæc Contritio, sup-
 positâ verâ fide in I E S V M Chri-
 stum Dominum nostrum, præci-
 puè

puè in amore Dei super omnia,
& continet hos tres actus.

Primus est, Dolor summus propter offensum Deum summè bonum, & summo amore, & obedientia, ac reuerentia dignum. Hic verò dolor augetur & incenditur, primò quidem consideratione boni illius, quod vel vnico peccato mortali amittitur, nempe gratiæ & amicitiaë DEI summè boni: atq; adeò hæc amissio maiorem debet ingenerare dolorem, quàm iactura rerum omnium totius mundi, fortunarum, valetudinis, vitæ, honoris, &c. Secundò, consideratione mali ac detrimenti, quod per peccatum lethale inferitur, quod efficit nos Dei inimicos, mancipia sathanæ, & instar dæmonum fœdos & execrabiles,

I ;

biles,

biles, æternis denique inferni supplicijs addictos: Quæ sanè mala omnia huius mundi damna & tormenta longè superant, ideoque meritò maiorem dolorem afferunt. Quod si vno peccato mortali tanta damna inferuntur, quid fiet ingenti peccatorum numero?

Secundus actus est, firmum propositum nunquam deinceps peccandi pro vlla re mundi, hoc est nec amore vllius boni, quod peccando sperare queam, nec metu vllius mali, quod non peccando possim timere: quandoquidem, vt dictum est, bonum quod peccando amittitur, maius est cæteris omnibus bonis simul sumptis, quæ peccando consequi possemus; & mala ac damna, quæ peccatum efficit, maiora

maiora sunt, omnibus damnis
& malis, quæ non peccando cui-
quam euenire possint.

In hoc proposito generali in-
uolui debet propositum restitu-
tionis, si quæ sit eius obligatio, &
obseruationis totius legis diui-
næ, & perficiendi peculiare
cuique pro munere & officio suo
obligationes, firmiter apud se
statuendo, omnia ex eo tempo-
re in posterum quàm exactissimè
peragendi; & speciatim propo-
situm confitendi sacramentaliter,
vt minimum tempore obligati-
onis ex præcepto, & euitandi
omnes occasiones peccatorum,
ne Deus Optimus ultra offenda-
tur, & exequendi pœnitentiam
impositam. Ad maiorem porro
commissorum satisfactionem,
utile erit, vitam & omnia sua

bona opera & afflictiones DEO
offerre.

Tertius actus est, Petitio & Spes remissionis peccatorum, & gratiæ consequendæ ad emendationem, & perseverantiam usque ad mortem. Debet autem hæc petitio & fiducia inniti in bonitate & misericordia infinita DEI Domini nostri, & in meritis pretiosissimi sanguinis, passionis & mortis IESV Christi Salvatoris nostri.

PRAXIS ACTVS CONTRITIONIS
continetur hac breui Oratione,
qua magno & sincero affectu
coram Deo recitari
debet.

DOMINE IESV Christe,
verus DEVS & homo,
crea-

creator ac redemptor meus, pœ-
 nitet me ex toto corde, quod of-
 fenderim te Dominum meum,
 & Deum meum, quem amo su-
 per omnia. Et propono firmiter
 amplius non peccare, omnesque
 peccandi occasiones deuitare,
 confiteri, & implere pœnitenti-
 am, quæ mihi fuerit iniuncta. Et
 in satisfactionem peccatorum
 meorum, offero tibi passionem
 tuam, merita B. Mariæ semper
 Virginis, & omnium Sanctorum
 tuorum, atque omnia opera mea,
 & totam vitam meam. Et confi-
 do in bonitate & misericordia
 tua infinita, quod per merita
 pretiosi sanguinis ac mortis tuæ,
 mihi remissurus sis omnia deli-
 cta mea, & gratiam vberem lar-
 giturus, qua vitam sanctè institu-
 ere, tibi que perfectè vsque in fi-
 nem seruire valeam. Qui cum

I s

Patre

Patre sanctoque Spiritu viuis ac
regnas Deus in secula benedi-
ctus, Amen.

Elenchus

AD EXAMINANDAM CON-
scientiam per decem præ-
cepta.

- I. **C**orde vel ore negans, errore aut
schismate ductus,
Anceps, blasphemus, qui tentat, qui
malè cultor.
Quemq₃ superstitio grauat, aut cum
demone pacta.
Desperans, malè confidens, mundi q₃ ti-
more
Recta sinens, proprie ignorans præcepta
salutis,
Terrenis herens nimium, ac diuina
perosus.
- II. Qui violat promissa Deo, quiq₃ asserit
audax,

Iuran-

Iurādo falsa, aut temerè, quiq̄ impro-
ba vouit,

Iurauitūe, alios nec ad id traxisse vere-
tur.

Quicquam operor vetitum, missā & ie- I II k
iunia linquo.

Non persoluo preces, vetitis me immis-
ceo sacris.

Cū teneor nō accedo, loca polluo sacra,
Sacratas violo res, personamq̄ profa-
nus.

Non veneror, non morigeror, non adiu- IV.
uo Patrem,

Coniunctosūe pius, foueo aut humanus
egenos.

Cui teneor parere, & quem obseruare,
recuso,

Proq̄ bonis sepe ingratus contraria
reddo.

Ex odio mortem, vel corporiis infero V. & IIX.
damna.

Quero inimicitias, pugnas, iniusta q̄
bella.

Inuideo, accuso falsè, malè detraho fa-
ma.

Vindictam iratus meditor, conuitia,
rixas. (riclis

Ad peccata alium induco, me spòte pe-
Offero, me cedo impatiens, mortem uè
peropto.

VI. & IX. Extra coniugium Veneri qui cedit ini-
qua,

Alterius violare thorum, qui mente pa-
ratus,

Qui loquitur lasciuia, animo, qui tur-
pia versat,

Per visus, nutus, tactus, malè tendit
adulter

Ad scelus; incestum admittit cum san-
guine iuncta;

Cumq; intacta viro stuprum; Christoq;
dicatam

Sacrilegus violat; scelera his adiunge
nefanda.

VIII. & X. Rem cupio alterius; damnū fero, fraude
rapina,

Vsur-

*Vsurpo, aut teneo; non sum satiabilis;
opto*

*Per fas atq; nefas ditari; usura, maliq;
Contractus, & lucra placet inhonesta;
propinqui*

*Mensior in damnum: malè ludo, sumq;
profusus.*

PER CAPITALIA, DE
quibus non dictum in
præceptis.

*Non accepta Deo refero bona: vel mea
certè*

*Ob merita accepisse reor; saepe arrogo
qua in me*

*Non sunt: aut certè videor præcellere
cunctis,*

*Ambitione tumens, verum impugnare
paratus,*

*Atque obstinatus proprium defendere
sensem;*

*Nec solitus proprias vlla in re agnoscere
culpas.*

Iudi-

Iudico, contemno, derideo resq₃, homi-
nesq₃.

Scire volo, & facere agredior superan-
tia vires.

Peccandi haud timeo. fretus virtute pe-
ricula.

Sollicitus paro lautitias, & tempus e-
dendi

Præuenio, vetitis, crebro, cupidèq₃, ni-
misq₃

Delector: ventri demum omnem defero
cultum.

Non benè ago, sed & acta dolent, me
aduersa repentè

Deiciunt, & dona Dei mihi tradita
temno:

Virtutisq₃ labor grauis est, magis otia
pigrum

Delectant, refugit mens ardua: sepe va-
gatur:

Spirituale bonū tædet curare: remissus

Ad bona quæ teneor: diuina exhorreo
iussa.

Remes

REMEDIA GENERA-
lia contra Peccata.

- I. Crebrò vacare orationi cum magna fiducia.
- II. Sæpe confiteri; & statim postquam in mortale incideris.
- III. Communicare frequenter.
- IV. Fugere peruersas societates, sequi bonas.
- V. Sæpe legere libros pios & spirituales.
- VI. Crebrò meditari de Passione Christi.
- VII. Considerare vitas Sanctorum.
- VIII. Cogitare diuinæ Maiestatis, & boni Angeli præsentiam.
- IX. Considerare mortem certam, sed horam incertam.

X. Ex.

X. Expendere varia diuinæ iustitiæ exempla.

XI.

XII. Cōsiderate

XIII.

Tremēdum diem Iudicij,
Pœnas damnatorum.
Præmia & gaudia paradyfi.

REMEDIA PRO MALIS
cogitationibus auertendis.

I. Ipsius inuoca DE I subsidium, qui præsens intuetur omnia, qui uult & potest, & uult, suum nomen inuocantibus, opem ferre.

II. Vitandæ occasiones ex potissimum, quæ impuris cogitationibus uiam sternunt, comprimendo oculos, aures, linguam &c.

III. Cum obuijs ne disputes
impu-

impuritat̄is phantasmatis.

IV. Libros Spirituales volue.

V. B. Mariæ, S. Angeli custodis, omnium Virginum, Sanctorumque Cœlestium patrocini-um implora.

VI. Si voto castimoniam obstrictus sis, ad cuiusvis turpioris instinctus impetum, votum renoua.

VII. Iaculatorijs precibus instructus esto, & hostem ijs eminus feri, quem cominus aggredi periculosum est. Huiusmodi sunt, quæ sequuntur.

Domine ad adiuuandum me festina.

Deus in adiutorium meum intende.

De profundis clamaui ad te Domine,

Cor mundum crea in me Deus.

IESV fili David miserere mei.

Aspice in me, & miserere mei.

DEVS Deus meus quare me dereliquisti?

Chri-

*Christus uiuit, Christus regnat, Christi-
stus me ab omni malo defendat.*

II X. Cor signo salutifero
Crucis præmuni, & affectu ma-
gno inclama Sanctissima hæc no-
mina. **IESVS MARIA.**

I X. Frequenta confessio-
nem, communionem uic: & in-
tima pectoris tui arcana fideliter
Sacerdoti aperi: consilijs datis
obtempera sedulus.

X. Qua te hora inimicus in-
cessit, quid illa Christus fecerit,
vel passus sit perpende.

XI. Attende de Cruce dicentem
DEI filium: Vide peccator,
quanto pretio redemerim tuam,
quam nunc hostibus ultro vis
tradere, animam.

XII. Cum te obrutum sentis,
clara voce protestare non te un-
quam consensum præbiturum,
quan-

quantumuis vrgearis cogitationum procella.

XIII. Otium execrare, fuge ante omnia. semper quid operis habe.

INCITAMENTA AD SÆPE
pe & deuotè communi-
candum.

I. Quid obsecro diceret, si Princeps, si Rex, si Imperator, te inuisum veniret? an non præcordia exultarent gaudio? imò quid faceret, si ipse Principum, Regum, Imperatorum, Angelorū omnium author & gubernator Deus? nunquid cum Elisabetha in hæc verba prorumpetes: Vnde mihi hoc, vt Dominus meus veniat ad me? cum Zacharia: Benedictus Dominus DEVS Israël. cum Virgine Maria:

Maria: Magnificat anima mea
Dominum.

II. Mirabatur Daniel adla-
tum per aërem cum cibo Aba-
cuc: en nobis maior obtigit an-
gelica ope felicitas: suam namq;
edendam carnem ipse Christus
præbet, vt in suam nos diuinita-
tem, & in nostram se substanti-
am quodammodo transmutet.

III. Parúmne arbitramini
mortales, vos Spiritus sancti do-
micilium fieri, vos Angelorum
thronum per Eucharistiam con-
stitui? Triumphabat Salomon,
quod consecratum DEO téplum
conspiceret; quo ergò vobis ge-
stiendum gaudio, qui ipsum Dei
templum, addite si placet, cœ-
lum, & tabernaculum efficimini?

IV. Offeritur vasculum re-
liquijs plenum; acceptas læta-
bundus, suspicis, veneraris, colis.
Teip-

Te ipsum post sumptam Synaxin intuerè; tuum disquire pectus, intimis visceribus conclusam reperies Christi carnem, sanguinem, Diuinitatem. Nullæ his reliquijs maiores, & eorum te receptaculum factum nondum miraris?

V. Frequenter communicas? Martham primùm agis ac Magdalenam: Christum enim hospitio excipis. Dein sepulchrum representas: tuo enim pectore Christus conditur. Hospicio excipis immortalem, pectore condis viuum: felicior hoc nomine Martha ac Magdalena, felicior sepulchro. Vin plura? paradysum refers. Vbi enim Christus est, paradysus est.

VI. Quicquid meritorum, quicquid gratiæ, virtutis & beatitudinis cum Christi humanitate

tate coniunctum est, id omne,
Christo percepto, percipis.

VII. Iacob primogeniti fratris,
tunica vestitus, paternam
meruit benedictionem: homo
per communionem Christo in-
dutus, æternam obtinet hæredi-
tatem.

II X. Quanti facere oportet
at cœlestem panem rogas? Ad
has epulas inuitat DEVS, in-
uitatis ministrat DEVS,
qui edit fit filius DEI,
atque adeò di-
uinius.



D. BERNARDVS SERM.

1. in cœna Domini.

VT securi sitis, Sacramenti
 Dominici corporis, & san-
 guinis pretiosi inuestituram ha-
 betis. Duo enim illud Sacra-
 mentum operatur in nobis, vt
 videlicet & sensum minuatur in
 minimis, & in maioribus pec-
 catis tollat omninò consensum.
 Si quis vestrum non tam sæpe
 modò, non tam acerbos sentit
 iracundiæ motus, inuidiæ, luxu-
 riæ, aut cæterorum huiusmodi,
 gratias agat corpori & sanguini
 Domini, quoniam virtus Sa-
 cramenti operatur in eo: &
 gaudeat, quod pessi-
 mum vlcus accedat
 ad sanita-
 tem.

S. IOAN. CHRYSOSTO-
mus in Psal. 4.


NE prius dormieris, ô homo,
quam mente versaueris,
quæ à te interdiu perperam acta
sunt; & die sequenti eris omni-
nò tardior, ad ea ipsa rursus ag-
gredienda. Et quod facis in pe-
cunia, nec finis, vt duo dies præ-
tereant, quin cum famulo ratio-
nem ineas, ne confusionem in-
ducat obliuio, hoc etiam fac in
actionibus. singulis diebus ve-
speri ab anima rationem exige,
& cogitationem, quæ peccauit,
condemna; veluti in ligno
suspende, & torque,
& iube ne ea am-
plius aggre-
diatur.


Lib. Coll. Soc. Sci. Paderborn. a. 1613


FINIS.

o,
,
ta
i-
g-
e-
e-
o-
n-
in
e-
e,
t,

513









Th
2904